



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Pavli Fvschi Episcopi Sarnensis De Visitatione Et  
Regimine Ecclesiarvm. Libri Dvo**

**Fusco, Paolo**

**Romae, 1616**

Pavli Fvschi Episcopi Sarnensis De Visitatione Et Regimine Ecclesiarvm.  
Liber Primus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61768](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61768)

PAVLI FVRSCHI  
EPISCOPI SARNENSIS  
DE VISITATIONE  
ET REGIMINE  
ECCLESIA RV M.

Liber Primus.

DE VISITATIONIS DESCRIPTIONE.

CAP. PRIMVM.


SVMMARIVM.



- 1 El nomen in omnibus est inuocādum.
- 2 Principiū est potissima pars cuiuslibet rei.
- 3 Diffinitio in iure est periculosa.
- 4 Vnaquaq. prouincia suo abūdat sēsu
- 5 Visitatio est nomē equiuocū, et quid comprehendat.
- 6 Visitatio Dei est in bonum, & in malum in nos.
- 7 Visitatio est duplex, & quæ.
- 8 Visitatio quid sit. nu. 10. 11.
- 9 Visitationis materiam, qui doctores scripserunt.
- 12 Visitatio quanto tempore debet finire, ex Concil. Trid.
- 13 Visitatio quo tempore est inchoanda.
- 14 Episcopi munus est animarum curam suscipere.
- 15 Visitatio indiget adminiculis.
- 16 Procuratio debita pro visitatione non præscribitur, & quomodo ipsa soluenda.

QVO




**V**ONIAM De Visitatione, & Regimine ecclesiarum, seu modo visitandi, & regendi ecclesias, hic tractare propositum nobis est, (onus quidem etiam Angelicis humeris formidandum, testatur sancta Synodus Tridentina. sess. 6. de reform. cap. 1. in prin.) vt omnes sciant, quid cuiusque officio incumbat: nisi enim sciuerint, quomodo docebunt? nisi regere instruantur oues commissas, quomodo pastorum nomen merebuntur? vt consolidabitur infirmum, aut ægrotum sanabitur? Ezech. cap. 34. nisi a Christo omnium pastore discant? qui animam suam posuit pro ouibus suis? Ioan. cap. 10. Ideo ad eum recurrendum est. † Ipsum inuocando, a quo omne datum optimum, & omne donum perfectum est. Iacob. cap. 1. qui idem dominus omnium, diues in omnes, qui inuocant eum. ad Roman. c. 10. de testib. cog. c. In nomine domini. 1. quæst. 1. cap. cum Paulus: omnes enim qui sperant in eum, non infirmantur 1. Machab. cap. 2. Inde doctissime dixit Plato in primo libro sui Thimei. omne opus ex Diuini nominis inuocatione, principium bonum, melius medium, optimumque finem cõsequitur, ad quod excitat propheta Iona c. 1. inquit, quid tu sopore deprimeris? Surge inuoca Deum tuum: Cuius gratia nobis adsit, vt quæ ad sui altissimi nominis honorem, suæque sanctæ ecclesie exaltationem pertinet, dicere possimus in principio, medio, & fine, & pro ipsius dignitate efferã omnia, 4 quæ dicturus sũ, neque ipse ex ore meo detrahat verũ sermonem: sic precau-

tur omnes, qui ad alios verba facturi sũt. Dionys. in eo. tract. quẽ de Diuino Nomin. inscripsit. cap. 1. in fine. † Sed quia cuiuslibet rei potissimam partẽ principium esse animaduertimus, ne initijs omissis inconueniens quid sequatur. iuxta præceptum Gaij Iurecõsult. in l. 1. ff. de ori. iur. & Phil. 1. Eth. principium videtur esse, plusquã dimidium totius. multa que ex his quæ quaruntur, per illud fieri conspicua, vnde dixit Venusinus Poeta.

*Dimidium facti, qui cœpit habet.*  
 Ideo primo est videndum, quid sit Visitatio, vt demum terminis habitis in reliquorum notitiam facile deueniatur, Ciceronis in 1. offic. institutum sequendo, vt de quacunque re agatur sermo, debeat à diffinitione proficisci, vt intelligatur, quid sit id, de quo disputatur, licet in Scyllã incidere periculũ sit, dũ Carybdin euitare quis cupit: † Cũ periculosa sit omnis diffinitio in iure. l. omnis diffinitio. ff. de regu. iur. etsi ex ipsa arguatur principium demonstrationis in omnibus rebus, ex philof. in 4. Metaph. Vnde merito dicitur diffinitionem de facili pati calumniam, cum ad eam sit facilis argumentatio. Neuius. in sua Silua, lib. 1. in verb. non est nubendum, folio 39. quare potius elucidando, quid producat, quã diffiniendo, realiter procedemus, magis interpretationem vocis efferendo, cum quælibet Ecclesia propriam habeat visitationis formam, & in singulis Synodis, maxime prouincialibus, secundum exigentiam facti Prælati diuersimode ordinarunt. † Abũdat nempe suo vnaqueque prouincia sensu. 12. distin. cap. illa. de sepult. c. certificari. ex quo dixit not. Andr. in cap.



in cap. 1. §. similiter. nu. 5. in fi. de capit. qui cur. vendi. quod diuerſitas perſonarum diuerſiam accipit medicinam, vt ſupra in proce. circa finem eſt dictum: & in famil. ſingul. in l. 5. num. 37. in cap. vtinam 76. diſt. & quæ in vno loco certam habuerunt interpretationem, ea ibidem obſeruentur: cap. cum dilectus, de conſuet. facit text. in l. minime. ff. de leg. Quando tamen quid cōtrarium ſaluti animarum nō obſeruetur, quia recedendū eſt. in extrauag. Ioan. 22. 5 prima de cōſuet. † Quare pro intelligentia eſt ſciendum, quod hoc nomē Viſitatio, eſt nomen æquiuocum, cōprehēdens inquisitionē, & correctionem: teſtatur Barthol. Bellenz. Rotæ Auditor in tract. de chari. ſubſid. q. 11 Item eſt, & ſpecies ſeruitutis, qua ſub eſt ſeruus Domino, ſubditus ſuperiori, qui cognoscit per hanc viā ius ſuū ſaluū fore: dom. Mari. Frecc. de ſub feud. lib. 2. author. 35. nu. 3. ſicuti Bal. exēplificat in Domino viſitate caſtra vaſſallorum, imminēte maxime periculo, aut ſuſpicionē belli. in cōſ. 358. vol. 1. Boer. de cuſtod. clau. fol. 10. Itē ſignificat ius, & continet adminiſtrationem. idem Bald. conf. 158. proponitur 3. vol. de correctione. legimus etiam in veteri teſtamento, quod viſitauit Dñs peccata populi, loquens Moyſi, Exod. c. 32. Ego autem in die 9 vltionis viſitabo, & hoc peccatū eorum. † Quæ Dei viſitatio interdū eſt 6 in bonum circa nos, eodem lib. c. 4. & Luc. c. 1. Quia viſitauit, & fecit redemptionem plebis ſuæ: Aliquando eſt in malum, ſic exigentibus noſtris peccatis. glo. Nic. de Lyra ſuper Iſai. Affli. in l. quicumque toxicum. n. 3. de mal. & nox. medic. Pſal. 88. Viſitabo

in virga iniquitates eorum, & in verberibus peccata eorum, & Bernar. in ſent. Viſitat nos Deus quattuor modis, exhibitione præcepti, aſperitate flagelli, nouitate miraculi, & inſpiratione ſubtili, viſitans humiles & ſuperbos tranſiliens: ſed proprius accedendo: † Viſitatio eſt duplex, particularis, quam ſuperiores faciunt ex zelo, & charitate ad aliquam Eccleſiā, ſiue alium pium locum, ex cauſa mouēte animum ſuum, de qua loquitur text. in clem. 2. §. nos igitur. de cēſib. Toties, quotiesque ſibi videbitur, etiā auctoritate apoſtolica, ſeruata tamē forma Sacri Cōc. Trident. ſeſſ. 6. de reform. c. 4. & plenius ſeſſ. 25. de reform. gen. cap. 6. Alia eſt generalis, quā prælatus facit ex debito ſui paſtoralis officij, de qua in præſenti agimus, & plenius tractabimus. † Quæ poteſt ſic deſcribi ſecūdū Dom. Petr. quod eſt ſollemnis ſcrutatio, & reformatoria inſtructio paſtoralis, directā ad cōmunē vtilitatem hominū, & eccleſiarum, animarumq. ſalutem cui procuratio iure eſt annexa. Probat hęc deſcriptio per c. placuit. 10. q. 1. cap. cauendum. 10. q. 3. cap. cum ex officij. de præſcr. cap. Romana. de cenſib. ſed non ſatisfacit in omnibus partibus, quia non continet genus, & differentias, vt eſt neceſſe, nec neceſſitatē imponit, ex quo iura diſſonāt. † Vnde ex ſcriptis Socc. ſen. Fran. Pau. Rot. Audit. in ſuis de Viſitationibus tractatib. qui plenius, quā alij in hac materia ſcripſerunt, vt refert Felin. in alleg. capit. cum ex officij. poſt ſcripta per Specul. in tit. de Inquiſ. §. quando & qualiter, & Archiepiſ. Floren. in ſum. 3. part. tit. 20. cap. 5. cum ſeq. vbi de forma viſitandi



tandi, inquisitioneque; facienda differit, & Dom. Petr. Episc. sancti Papuli prouinc. Tholos. qui nisi dicta antiquorum decurtasset, ordinatius scripsisset, a quibus omnibus, multis nouissimis additis plurima accepisse ingenue fatemur. Nam ut inquit Plin. ad Vespasia. Benignum, & plenum ingenui pudoris est, fateri per quos profeceris. Sed obnoxij animi, & infelicis ingenij malle deprehendi in furto, quam mutuum reddere. refert Ioann. Andr. in proœ. nouell. 10 f. per lib. 6. †. Potest ergo dici, quod visitatio est munus quoddam pastoralis officio incumbens, ex iurisdictione competens, quã prælatus facit in sua dioecesi, reformando, & corrigendo, quę nouerit necessaria p̄ executione sui pastoralis officij; sed nec uideat̄ satisfacere, quia quo ad primã partem diminutionẽ, & in secũda cõtinet superflua. Ideo nos exprimendo modum, per quem in esse deducitur ipsa visitatio, iuxta not. per mod. in ead. l. omnis diffinitio. ff. de. reg. iur. licet nõ sit de esse diffinitionis, tamen propter eius periculosam subuersionẽ omnia 11 suppletes dicimus. † Quod visitatio est officium astringens episcopũ, uel alium Superiorẽ singulis annis visitare dioecesim sibi commissam, eam ad cultum diuinũ reducendo, animasque saluas fieri procurãdo, quæ ei de procurationib⁹ respõdere teneatur. Hęc est descriptio amplior prima, & concordat cũ suis partibus contra secundam, (dictum est officium astringens) quia ad hoc superior expresse tenetur, iuxta sacrorũ Canonũ decisionẽ cap. conquerente. de offic. ordin. c. placuit. cap. Episcopum, 1. q. 1. Pavi. de Visit. prima par. 9. 9. & si omittat

peccare dicitur (nisi ex causa iuxta steterit) Socc. ibid. nu. 7. vers. 3. quæro, & nu. 19. q̄ nullo modo potest omittere. Alphon. Aluar. in suo Speculo, cap. 11. & nouissime est decretum in Conc. Trident. sess. 7. de reformatione. cap. 3. † Vbi declaratur, quod si dioecesis est ampla, & non possit in anno episcopus finire eam visitãdo, finiat saltem biennio, ut sic se minus onerosum visitatis tribuat, quam fieri potest, ex dictis in extrauag. Vas electionis. de censib. in princ. Idque ex idemptitates rationis arguitur, etiam si neque potest finire biennio, propter sui magnitudinem, & facta occurrentia; sicuti in pluribus visum est, ut nec semel id completum fuerit toto tempore præsulatus, ex multis, quę interim occurrere possint, & impedimẽta, quę præstantur, ne sint, ut aliqui faciunt, qui visitãtes nõ episcopi uidentur, sed potius isti, qui mittuntur a Principibus uelociter cũ literis, quos ueredarios appellamus. d. Mar. Frecc. de subfeu. li. 2. in tit. quis dic. dux. nu. 35. & alibi dicuntur uernaculi, per similitudinem Genes. c. 14. licet text. in l. cõtinuus. §. cum ita stipulatus ff. de uer. obliga. utatur ad hoc uerbo diplomate: sic celeriter se expediũt, ut sufficiat eis, tres, & quatuor ecclesias uidisse in die. † Sed quo tempore habeat episcopus incipere hęc uisitacionẽ, cũ nõ sit in iure determinatũ, statuit arbitrio suo, sed melius est in æstate, uigentibus tẽpestatibus in hyeme. Ex cõsilio Abb. de censib. cap. cum nuper. reiecta mordacitate. Fabij Montisleonij Calabri. in pract. quat. lit. arbitr. 4. par. n. 85. auaritiã sapere dicentis, (dictum est ad cultũ diuinum) quia hoc episcopus principaliter



paliter attendere debet, cum super intendens sit dictus. c. qui episcopatum. 8. q. 1. & sic muneri sibi iniusto satisfacere. iuxta dicta in Conc. Trid. sess. 22. de reform. c. 2. nā in hoc iuris canonici latorum intentio fuit, quod non principaliter intendebat ius civile, ideo propter animas attendimus ipsum ius canonicum. cap. cum contingat. cum sua gl. de iur. iur. f. episcopi. n. principale munus est animarum curam suscipere. c. cum instatia de censib. c. cū in cunctis. in princ. de elect. vt gregē curæ suæ traditum à diabolicis incursionibus protegere possit. ses. 13. eiusd. Conc. de reform. c. 1. (dictum est de procurationibus, iuxta primā diffinitionē) quia non est magnum semināti spiritualia metere temporalia eod. c. cū ex officij, & dignus est operarius mercede sua. Mat. c. 10. ad Rom. 4. 1. ad Corin. 9. & qui ad onus eligitur, repelli non debet a mercede. c. cum secundum. de præb. namq. ex præmiorum retributione plantantur virtutes, ex quo mæritibus propter actus virtuosos debetur. l. si. C. de stat. & imag. & laborati debetur restitutio præmij. C. de re mil. l. contra rempub. lib. 12. Andr. in l. nihil veterum. de offi. ma. iust. in const. 15 regn. f. Inde dixit not. Bal. in alleg. c. cum ex officij. de præscript. n. 2. q. visitatio indiget adminiculis. i. victu, sci licet procurationibus, moderate tamē, ne ultra facultates grauētur ecclesie de censib. c. cum Apostolus. & c. cū sopitæ, ne potius percussor quam pater dicatur superior a subditis, contra decretum eiusd. const. alleg. sess. 3. c. de reform. debet enim iniquitatem omnem a se expellere, sicuti de lege dicimus. l. 1. in princ. C. de vet. iur.

enucl. nec excedere metā honestatis, stante varietate humanæ naturæ, & humanorū actuum, vt dicunt mod. in proq. clem. f. Hæ tamē procurationes præscribi nō possunt. eod. c. cum officij. & c. cum instatia, de censib. per gl. & Abb. n. 3. etiam longissimo tempore, nec quidem pacto. eo. tit. in 6. c. perpetuo. per Anch. Phil. Port. conf. 173. cum inter. n. 2. vol. 3. licet in modo secus, vt soluantur in pecunia, nō in victualibus, ad vtilitatem visitatorum Fel. in d. c. cum ex officij, c. Felicis. de censib. lib. 6. & est cōmunis opinio de iure antiquo. quāuis multi cōtra. per extrau. vas electionis: Canon vero Concil. Trid. cuius dispositionē attendimus, in eod. c. 3. sess. 24. iuxta c. felicis id permittit, vt si consuetū est, soluant visitandi in pecunia, vel in victualibus ad eorum vtilitatem, & beneplacitū, rationem assignat gl. in d. c. felicis, in verb. dispendia, & supplet ibidē Io. And. vtilem fuisse eandem constitutionem: nec mirādum, cum propter incōmoditatem recedatur ab antiqua consuetudine, vel ex necessitate, aut vtilitate ecclesie. tex. not. in c. non debet. de consangu. & affin. nec authoritati veterū legū detrahitur, si secundū qualitatem temporum nouū ius producitur. l. nihil veterum. de offi. mag. iusti. in cōsti. reg. Neap. non. n. prodest tunc in differentijs esse, cū oporteat episcopū esse in quiete mentis, & corporis, nec in sollicitudine tēporalium est dare quietem, secundū S. Tho. in 4. dist. 37. art. 7. ipsiusq. Concilij iure nouo idem dicimus esse attendēdum, circa illud de præscriptione, vt ibi ex consuetudine solitum est obseruari, nihil procurationibus præstari, id etiā ob-

B ferue-



seruetur, eod. c. 3. §. in ijs vero quod est notandum, ad ipsa iura: quæ autē spectent ad ipsas procuraciones, & quomodo, & a quibus ecclesijs, & personis, & quando episcopus com-

mode residet in sua ecclesia respectu ecclesiarum ciuitatensium & capituli. infra in 2. p. lib. 3. Deo dante latius dicemus.

## DE PERSONIS QUIBUS IUS Visitandi competit.

### CAP. SECVNDVM.

#### SVMMARIVM.

- |    |   |   |
|----|---|---|
| 1  | <b>V</b> isitandi ius quibus competat.  | Episcopi successerunt in locum Apostolorum, nu. eo.                           |
| 2  | Papa gerit vices Dei in terris.   |   |
| 3  | Concilium indictum sine voluntate Papæ est nullum.  | 13 Episcopi singulis annis habent visitare suam diocesim.                     |
| 4  | Vicarius Papæ habet ius visitandi, et quantum.  | 14 Abbates, Priores, Abbatissæ possunt visitare eorum monasteria.             |
| 5  | Cardinales possunt visitare ecclesias suorum titularum.                                   | 15 Abbatissæ ex quo non possint exire claustra alijs committunt visitationem. |
| 6  | Cardinales sunt positi in illustrissima dignitate.  | 16 Visitatio solemnis per inferiorem episcopo fieri non potest, nu. 7.        |
| 7  | Papa Cardinaliū consilio vitur in administratione uniuersalis ecclesie.                   | 18 Vicarius generalis episcopi an possit visitare.                            |
| 8  | Familiares Cardinalium delinquentes a quo corrigantur.                                    | 19 Archidiaconus quomodo habeat ius visitandi.                                |
| 9  | Patriarchæ habent ius visitandi.  | 20 Capitulum sede vacante an possit visitare.                                 |
| 10 | Patriarchæ qui sint.  | Capitulum an possit concedere indulgentias, nu. eo.                           |
| 11 | Archiepiscopi habent ius visitandi suam diocesim, & quando prouintiam de iure Conc. Trid. | 21 Potestas omniū prelatorū est a Papa.                                       |
| 12 | Episcopi habent plenissimam potestatem in eorum diocesibus.                               | 22 Visitatio in quo loco est facienda.  |

**V**isitacionis descriptionem, posuisse nequaquam sufficit. † Nisi videamus quibus personis hoc ius visitandi competit, tam de iure, quam de consuetudine, cum nihil profit constitutiones, & statuta condere,

nisi sint, qui ea debitæ executioni demandent, l. secunda, §. post originem, ff. de orig. iur. capitulo vbi periculum, §. præterea, de elect. in sexto, capitulo primo, §. & quoniam: de stat. regul. eod. libr. ex dicto Phil. in 6. Polit. nihil prodesse de rebus



rebus iustis iudicia, & sententias dare, ni si essent, qui eas executioni demandarent. Hier. Cagn. in eod. §. post originem. num. 201. Prælati sunt duces gregis. 7. quæst. 1. c. sciscitaris. immo & patres, & pastores. iuxta verba Conc. Trid. sess. 25. de reform. gen. c. 3. in primis verbis † Dicendum est ergo quod primo competit summo Pontifici, qui vices Dei gerit in terris. sess. 6. eiusd. Conc. de reform. c. 1. do. Pavi. 1. p. q. 2. ipse n. habet omnes animas in sua iurisdictione. Innoc. in c. præbyter de sacra. non iter. fideles & infideles. Oldrad. conf. 71. Innoc. Abb. in c. super his de vot. & Brunel. in c. 1. 4. p. nu. 11. de homic. & supra in proç. latius diximus. nã solus inuocat concilium generale christianorũ vbi fundatur vera visitatio, & ipsius effectus. Pavi. ead. q. n. 3. & per Grat. dist. 17. p. plura capita. & in bulla in d. Conc. Trid. Pauli III. sum. Pont. §. deinde. † Alias nullũ esset Conciliũ, quod ipso non mandante celebraret do. Card. ar. cæl. Conc. Oecum cap. 7. Amplissimus D. meus S. R. E. Iuriũq. Diui Petri maximus defens. do. col. Hier. Cardinalis Albanus in trac. de potest. Pap. 2. p. n. 159. gl. in cap. quod translationem. de offi. leg. eiusq. Concilij ipso mãdãte in dicti declarat decreta, & cõfirmat, patet in Conc. Tri. sess. vlt. in fin. immo limitat, & potest tollere. Specul. in tit. de leg. §. nũc ostendendũ. vers. 58. & apud quem est tutela, & cura omnium ecclesiarum c. 1. de imm. eccl. lib. 6. & cũ sit maxima eius potestas dicẽ omnia super omnia, vt in trac. de dignit. eccl. c. 2. plenissime dicimus, cui obedire oēs debent, de necessitate salutis. in extra uag. vnã sanctam Bonif. VIII. de ma-

io. & obed. latius gl. optima, in clem. ad nostrum. in verb. ecclesiæ. de hæret. quod & obseruandum est, ex præscripto simili Concil. Triden. sess. 25. de reform. gen. cap. 2. vers. nec non competit igitur principaliter ad exemplum Domini Nostri Iesu Christi, qui venit visitare Hierusalem, quam uis noluisset cognoscere dies visitationis suæ. vt ipsemet dicit. Luc. c. 19. Item secundo hoc ius visitandi competit eius do. Papæ. Vicario in vrbe, & infra centesimum militare, quia omnia, quæ ad iurisdictionem pertinent, dummodo non sint de reseruat. potest expresse. do. Pavi. vbi supra & in trac. de offic. & potest. cap. sed. vac. par. 2. q. 10. vers. nunc restat. vbi multa dicit de Vicario Papæ, & quãta sit eius potestas, hinc Innoc. III. in cap. tua nobis de offic. Vic. inquit. Iurisdictione Vicarij, quem Romanus Põtifex in vrbe reliquit, non extenditur extra ipsam, nisi ei specialiter sit commissum, & de visitatione, ei specialiter sēper committi videtur in litteris mãdati, prout in vna clem. 7. bulla, & in alia Pauli III. sum. Rom. Pont. vidimus, & in alias est obseruatum, immo, & clerum Romanũ inuocare, statuta cõcedere, prout in plurimis edictis emanatis, vidimus, & legimus, p. Illustriss. D. Iacobum Sabellum Romanũ S. R. E. Maximum Cardinalem qui a multis annis Vicarius Romani Pontificis fuit, (& qui nuper a Domino nostro Domino Gregorio XIII. Pont. Max. summus inquisitor in toto christiano orbe designatus est.) tertio visitare possunt domini Card. ecclesias suorũ titulorũ. Pavi. ibidẽ. nu. 5. quæ ecclesiæ respectu titulorũ legũt in prouint. omn. eccl. cõferũt



enim earum ecclesiarum benefica, & in eis habent ius episcopale, doct. in c. his. qui. de maior. & obed. Æneas de falcon. de refer. 2. q. prin. nu. 10. & est communis opinio, vt concludit Abb. in c. 2. nu. 12. vers. nec obstat. de cappel. mon. & in Conc. Lateran. sub Leon. 10. an. 1514 in publica sess. fuit lectum. Cardinales tituli sui loca, si præsentes in curia fuerint personaliter, si vero absentes per Vicariū idoneum semel saltē singulis annis visitent, clericos, & populos ecclesiarū titulo suo subiectarum, cum diligentia inquirent, vigilentq; circa cultum diuinum, & bona dictarum ecclesiarū, moresq; in primis, & vitam clericorū, & parochianorum solerter explorēt, eosq; omnes, & singulos ad recte, honesteq; viuendum paterno moneant affectu. † Quodq; eis multa compe-

6 tant, conuenitq; nēpe. cū sint positi in illustrissima dignitate, quod ignorauit Bal. in c. bonę. lo. 1. de postul. prælat. dicens cardinalatum esse officiū; namq; ipsi dicuntur Cardines ecclesiæ. capit. sacrosancta 22. dist. vbi per Card. Alex. quorum cœtus Rom. Ecclesiæ senatus iudicatur. c. ecclesia ha-

8 bet. 16. q. 1. memini in famil. sing. in l. c. nu. 42 pars corporis sanctiss. Papæ 96. dist. c. Constantinus, & quodammodo viua vox ecclesiæ. idem Bald. in c. cum in iure peritus, de offic. deleg. quia ipsos spiritus sanctus præcipua membra ecclesiæ constituit, ideo nobilissima pars corporis summi Pontificis dicuntur, sic proprie loquitur Pius V. sum. Pont. in sua const. incip. in fælic. secul. 1569. quam nota ad extensionē decretalis. Fœlicis, de pæn. lib. 6. contra offendentes ipsos Cardinales. † Quorum consilio vniuersę

ecclesiæ administratio apud Rom. Pontif. vertitur, vt dicitur in Concil. Triden. sess. 25. de reforma. gen. cap. 1. in fine, cū ijs virtutibus insignibus, ac viuendi disciplina fulgeant, vt omnium oculos ad se conuertant, ideo cunctis dignitatibus post Papam præferendi. dom. Card. de tur. crem. in sum. eccl. lib. 1. cap. 81. Vnde ex omnibus christianitatis partibus assumi plerumq; videmus; iuxta etiam dicta in eod. Conc. sess. 24. de refor. gener. c. 1. §. ea vero, & cū sint viciniores summi Pontificis, maiori semper gaudēt prerogatiua, gloss. in extrauag. Bened. 11. dudum, de schism. vbi eos liberos primi gradus appellat. & in extrauag. execrabil. Ioan. 22. de præb. enumerat nouem priuilegia, & præcipue eorum sublimitas in dignitate, moribus, & vita, vt sic euadunt luminosæ, & ardentes lucernæ positę super candelabrū in domo domini, id est in sua ecclesia, in qua omnibus ceteris præferendi sunt, cū sit ordo naturæ esse maioritatis gradus, & non omnes esse æquales. gl. in ead. extrau. execrabilis. in verb. qui mendicant.

† Nec ad ipsos tantum sua vertuntur priuilegia, sed etiam ad suos, vt eorū familiares delinquentes ad eos corrigendi remittantur, non ad Vicar. Papæ, iux. not. per Card. in cle. ne Roman. 7. q. de elec. quę refert Pau. in 10. q. col. 22. licet Archiep. Flor. dubitauerit, dando locum præuentioni. in sum. 3. p. tit. 19. c. 16. §. vers. item dubitatur de quibus in eod. meo trac. de dignit. eccl. c. 3. quod nō procedit respectu beneficiorū, si quæ habent, vt ratione ipsorū, nō intelligantur excepti, sed subsint ordinariis beneficiorū ex noua decis. eiusd. Concil. sess. 24.



de reform. gen. c. 17. §. quæ vero. sicuti dicimus infra suo loco. lib. 2. c. 20. nu. 16. † Quarto competit Patriarchis. Pavin. nu. 8. ampliando ad legatos, & nuntios sedis Apostolicæ, tam natos, quã missos, personaliter visitando, (si est commissum) de censibus. c. procurationibus, qui in prouincijs deputatis habent maiore potestatem, quã alii, cū ad eos pertineat purgare prouintiam sibi commissam malis hominibus, eosque punire, extirpando vitia, & virtutes edificando. c. solite, de maior. & obed. Ioan. de Selu. in trat. benef. 2. part. q. 3. 5. colū. quod proprie fit visitando, & dicuntur illustres ad Instar. Regum congerit. Conrad. Lanc. in suo templo omn. iudic. lib. 2. c. 3.

† Sūt autē Patriarchę quatuor principales, (quos enumerat do Paui. alleg. tract. de offi. & pot. cap. sed. vac. præl. 6. ver. quarta sedes.) Constantino politanus scilicet, Alexandrinus, Antiochenus, Hierosolymitanus, eodemque ordine sedere apud Romanū Pontificē statuit Innocentius III. in Concil. Lateran. anno dom. 1215. c. 5. & Eugenius quartus in Conci. Flor. sess. vlt. anno 1439. & dicitur Patriarcha græce, latine vero summus Patrum. c. cleros. 21. di. legati autem, aut sunt de late re, & solent esse solū Cardinales c. 1. per doct. de offi. deleg. lib. 6. aut simplices legati, Nūti Apostolici, vt in tit. de offi. leg. tractatur quarū potestas ex cōmissionibus attenditur. de quibus nihil modo. †

Quinto tribuitur tale ius visitandi Archiepiscopis, (qui, & Metropolitanici dicuntur. eod. cap. 3. sess. 24.) in tota dioecesi, & prouincia cap. sopitæ. cap. cum nuper. de censib. cap. Romana. eod. titu in 6. sed de iure nouis

fimo eiusd. conc. c. 3. adducto. dioecesi tantum visitant, prouintiam nequaquam, nisi causa cognita, & approbata in concilio Prouinciali. vt eod. tex. cauet. §. a Metropolitanis. p. quæ tex. ad id, iura antiqua corriguntur, circa visitationē prouintia: reliqua vero, cū visitatio permittitur in prouintia dicemus in alia parte, in 4. lib. Deo concedente, annettendo aliqua ad materiam iurisdictionis Metropolitanæ in suffraganeos, in quibus procedere possunt, & quæ ordinē in procedēdo tenere debēt archiepiscopi iuxta nouā decisionē Cōcil. Trid. sess. 13. de reform. c. 1. §. in causis, & sess. 24. de reform. gen. c. 20. & quomodo deferre debeāt ipsis suffraganeis ob reuerentiā episcopalis dignitatis. c. 1. in princ. & §. fin. de offic. ordin. lib. 6. † Sexto plenissime competit episcopis in eorū diocesis. c. cauendum. 10. q. 3. c. cū apostolus. de censib. de utroque in eod. c. 3. Conc. Trid. ipsi enim in locū apostolorum successerūt, in ecclesia Dei positi a Spiritu sancto regere eā. sess. 13. præfat. Conc. de sac. ordin. c. 4. §. proinde. & apud quos suarū ecclesiarū est omnium rerū agendarū autoritas. sess. 25. de reforma. gen. c. 6. §. episcopis præterea, scilicet respectu aliorū prelatorū, cū potestate inquirendi, & corrigēdi, quæ verba importāt etiā depositionem, vt infra dicitur. & not. Fel. in c. dilectus filius. num. 2. de rescript. & quia dioecesis tota dicitur parochia episcopi cuiuslibet. c. apostolicæ sedis. de don. ibi in parochia sua. gl. in cle religiosum in verb. presbyteri. de priuil. † Ideo singulis annis episcopi personaliter visitare dioecesim tenentur, & si impediti de-



bent id cōplere per aliū idoneū potentem opere, & sermone. c. inter cetera. de offic. ordi. c. si episcopus eod. lib. in 6. & sæpius memorato c. 3. ē tamq; apostolica autoritate eis delegata: ex decreto eiuldē Cōc. sess. 24. de reform. gener. c. 10. & tex. c. si episcopus, secundum modernos procedit in omnibus habentibus ius visitandi: notando, q̄ si deputatus visitator per episcopū ad visitandū in aliquo delinquat, episcopus tenetur. sic not. Archid. per text. in l. 1. ff. de instit. act. qui tex. procedit in sui dicto, ex ratione assignata, quæ tamen nō est in casu præfenti, licet verū sit in se dictū Archid. & omnes sequuntur. † Itē, & 7. cōpetit Abbatibus, Generalibus prioribus, ministris, alijsq. præsentibus in monasterijs religiosorū, vel deputatis in iisdem. de stat. mon. in singuliss. & c. ea, quæ, de quibus latissime infra lib. 1. c. 15. dicetur. vbi quæ de officio, personis, moribus, & vita differuntur, sic, & Abbatissis, & alijs mulieribus regularibus in monasterijs, in quibus degunt, & in alijs eorū iurisdictioni subiectis, vt omnes habeant deuotum, & debitum virtutū Domino famulatum. clem. Attendentes post princ. de stat. monac. † Quæ cū claustra exire non possint, alijs visitationē mandabunt. In extrauag. val. electionis. in verb. Abbates. Paul. in hoc trac. q̄. 33. Marc. Anton. cuc. In Instit. cano. tit. de visit. In administratione etenim Abbati æquiperatur Abbatissa. Abb. in c. 2. in princ. de his, quæ fiunt a præl. nam in conuenientibus, disposita de Abbatibus extenduntur ad Abbatissas. idem Abb. in c. fin. nū. 5. de stat. mo. infra lib. 2. c. 18. nū. 62. quod, & idem in priorif-

sa dicimus procedere ex idemnitate rationis. Phil. Franc. in c. idemnitatibus in prin. nū. 6. de elect. li. 6. scribit aliqua Dec. in l. foeminæ. ff. de regul. iur. licet in benedictionibus plus accipiat Abbas, quam Abbatissa. glo. dicit. in verb. benedici. in eadē. clem. attendentes. † Sed isti tamq. inferiores episcopo nō vendicant sibi ius faciendi sollempnem hanc visitationē, nisi legitima consuetudine ex præscriptione temporis. per c. cū ex officij. de præscr. in clem. 2. de censib. c. dilecto. de offic. ordi. & communiter docto (concurrente præscriptione tam in extraneo, quam in subdito ipsius episcopi. Abb. eod. c. cū ex officij, vbi etiam Fel. Franc. Balb. de præscr. 5. par. princ. 1. part. q. 16. per tot. quod fortius admittitur in odiū negligentis suum adimplere officij. argum. tex. & glo. in c. volumus 88. dist.) † Ratio autem principalis dicti est, q̄ inferioribus episcopo non cōpetunt ea, quæ per episcopū, & superiorē visitando exerceri possunt, nisi quid expressius caueatur per approbatas consuetudines inter religiosos, ex eorum regularibus statutis. c. Romana. in fine. de censib. quia sunt variæ, & diuersæ institutiones ipsorum, & cōfirmationes sedis Apostolicæ, cū specialibus priuilegijs, quæ attendi debent: per doct. tot. titu. de stat. mon. similiter de relig. dom. scribit Boer. in trac. de stat. hæc. sed plenius Cassan. sua glor. confid. 12. vsque ad finē 4. part. † Vicarius autē Generalis episcopi hoc ius visitandi nō habet, nisi specialiter eidem cōmittat. arg. c. de offic. vic. lib. 6. Petr. Rebuff. in pratt. ben. in form. vicar. n. 100. nō. n. potest de criminibus cognoscere, nisi



nisi ei expressa detur potestas. eod. tit. cap. fin. quia cum ipsæ causæ criminales ad episcopi iudicium solum referantur. sess. 24. Conc. Trid. de refor. gen. cap. 20. §. adhæc, non veniunt in generali clausula, quod primum est in visitatione, cum non valeant eis gesta, si de mandato non const. doc. in alleg. cap. fin. Bal. in c. 1. §. 1. in fin. si int. do. & vass. de inuest. lis or. & allegat. domi. in c. 2. eod. tit. clem. ad nos. de procur. & hoc iure utimur ut in mandato multa specialia expriment, quæ per generale excluduntur.

19 † Archidiaconus similiter non habet, licet dicatur oculus episcopi. c. diaconi. cum glo. 93. de Pau. de visit. pri. part. quæst. 8. nu. 16. dummodo ex consuetudine non retineat. c. 1. per doct. de offic. archid. quamvis de iure, episcopi Vicarius dicatur. alleg. c. 1. per Abb. & eod. cap. diaconi nec maiorem potestatem tribuimus ei, quam vicario generali episcopi, ut supra diximus qui maior est ipso, et in præcedendo, etiam remota consuetudine. Fel. in rubr. de maio. & obed. num. 9. licet de iure possit multa præscribere Abb. in cap. Archidiaconi de pæn. & sic est decisum cessante ipsa consuetudine ex generali decreto eiusdem Conc. præfato. c. 3. §. Archidiaconi autem &

20 in omnibus fere videmus. † Sed dubium stat de capitulo, si vacante sede pontificali possit visitare, & videtur in arg. quod sic, quia succedit in iurisdictione episcopi. c. si episcopus. & c. si. de suppl. negl. præl. latius domi. Pau. de offic. & pot. c. sed. voc. 1. p. q. 1. sed visitare est iurisdictionis, ergo potest, cum succedat in his, quæ generaliter competunt, & videtur inclinare idem do. Pau. eod. trac. q. 7. Sed contrarium dici

mus, quod non possit, optima glo. in clem. 1. de hæret. Card. in clem. 2. de cens. Alphon. Aluar. in suo Specul. cap. 11. & hoc item patet decisum excitato canone Conci. Trid. c. 3. §. visitatores. in illis verbis, ubi dicitur, capitulum ius visitandi non habet. & c. Indulgentias autem dare capitulum discordant Doctores. nam Bolog. in tract. de Indul. nu. 40. affirmat, per prædicta, quod succedat in iurisdictione. dicit esse gl. in c. his quæ de maior. & obed. & sic residet. sed Pau. in eod. trac. de off. & pot. 1. p. q. 4. dubius nihil de suo assert, quærens concordare opiniones, & quod non possit. moderni in ipso trac. nu. 374 quod in hoc non succedat, adducendo alios, quia non est autoritas transibilis, sicuti nec in Vicario generali episcopi in spiritualibus, nisi expressius concedatur arg. c. cum in generali. de offi. Vic. lib. 6. & hoc est verum, & ita obseruatur contra.

21 † Sed illum est aduertendum in prædictis, & alijs hanc iurisdictionem, quam habent, tam in visitationis materia, quam in alia, in eos, & ceteros prælatos a Papa Christi vero Vicario, & successore Beati Petri deriuari. 22. d. c. sacrosancta. 24. q. 1. c. loquitur, optime D. Tho. contra gent. lib. 4. c. 76. quia in ipso consistit summa potestatis plenitudo. do. Card. detur. Crem. in sum. eccl. lib. 3. c. 69. cum seq. & c. 53. in aliosque scaturit ab ipso fonte. c. 54. Vnde dicitur Dominus dominatum. Casfan. in sua gl. 4. par. confid. 7. & supra hoc c. nu. 2. & in præ. plenius est dictum. † Idque postremo est dicendum quia quocumque fiat hæc visitatio, semper debet exerceri in locis visitatorum ad quos personaliter visitator debet accedere. do. Pau. de uis. 1. p. q. 6. &



proprijs oculis conspiciere ecclesiam ead. par. q. 7. nu. 5. & in extrau. vas electionis. in gl. in verb. per alios. exemplo Dei. Gen. cap. 18. descendam, & videbo, vtrum clamorem, qui ad me peruenit, opere compleuerint. gl. adducit c. Deus omnipotens. 2. q. 1. & in ead. extrauag. vbi idem doctor loqui-

tur, quando visitatio exercetur per alio, tractans de varijs officialibus episcoporum, tam in spiritualibus, quam in temporalibus, de per se, quam de generalibus, & foraneis, & quod cedat principali, in omnibus attendendo eorum mandata, de quibus infra suo loco latius dicemus.

## DE QUALITATIBVS VISITANTIVM CAP. TERTIVM.

### S V M M A R I V M .

- |    |  |    |   |
|----|--|----|---|
| 1  | <b>E</b> pisopus visitator, seu alius, quas qualitates habere debet.                       | 11 | Ambitio dicitur mater furoris.  |
| 2  | Auaritia est idolorum seruitus. numero 2.  | 12 | Praelatus debet esse utilis cum grauitate.                                      |
| 3  | Iesus dominus noster, cepit primum facere, quam docere.                                    | 12 | Familiaritas nimia parit contemptum dignitatis.<br>Exempla mala nocent. nu. eo. |
| 4  | Phari saorum meos, qui.  | 14 | Constantis animi est, vultu non detegere animi motus.                           |
| 5  | Episcopus debet esse benignus, & omnibus charus. nu. 6.                                    | 15 | Mercennarij sunt arcendi a cura animarum.                                       |
| 7  | Familiares episcopi, quales esse debent.   | 16 | Praelatus quando per sui persequutionem possit deserere ecclesiam.              |
| 8  | Episcopus debet esse sollicitus.<br>Animarum cura laudabiliter est exercenda. nu. eo.      | 17 | Virtus in medio consistit.  |
| 9  | Sollicitudo episcopi circa que versetur.<br>Diabolus semper querit animas perdere. nu. eo. | 18 | Pietas humana requiritur in visitatione.  |
| 10 | Visitationes ecclesiarum sunt frequentanda.  | 19 | Benevolentia quantum proffit.   |
|    |  | 20 | Philosophia, & lex imponuntur rebus, & non verbis, vbi multa de facto.          |

**Q**UONIAM de pastore visitante in prooemio aliqua diximus, adhuc restat particulariter inquirere, quos modos, quasue qualitates habere debeat Praelatus, de

quo inquit sancta synodus Trident. si recte videatur. in ses. 2 de mod. viu. §. & quoniam. ex Apost. prim. ad Ti. 3. † oportet igitur primo episcopos esse inreprehensibiles, sobrios, castos, domi sue bene ppositos, seruando sobrietatem,



brietatem, moderationem ciborum, instruendo domesticos, ne sint rixosi impudici, vinosi, cupidi, elati, in omnibus actibus honestatem præferendo, sicuti decet ministros ministeriorum Dei. & alio loco. sess. 25. de reform. gen. c. 1. Sciant episcopi, se non ad propria commoda, non ad diuitias, aut luxum, sed ad labores, & solitudines pro Dei gloria vocatos esse cum nihil magis sit, quod ad pietatē, & Dei cultum alios assidue instruat quam eorum vita, & exemplum, qui se diuo ministerio dedicarunt. sess. 22 de reform. c. 1. non venationibus, aut cupijs intenti. ses. 24. eod. tit. c. 1. 2. 86. di. c. Esau. cum seq. 34. di. c. episcopū, non diuitijs, quæ quandoq. sunt causa Dei relinquendi, contra quem solent diuites recalcitrare: dicit sum. Pon. in extrau. Saluator noster. §. attēdent es. de præb. & dignit. lo. xxij. li. 3

2 aut Auaritiæ. † Quæ idolorū est seruitus ses. ead. 22. de eui. & obser. in celeb. miss. §. cū igit, & quæ ab ordine ecclesiastico procul esse debet. ses. 21 de refor. c. 1. quæ alio loco dicit cecitas avaritiæ occupat animos. c. 5. de elect. lib. 6. sed vniuerso gregi attēdētes in omnibus laborent, vt ministeriū suū impleāt. ses. 6. de reform. c. 1. oues pascere p̄dicatione verbi Dei, ad ministratiōe sacramētorū, & bonorū operū exēplo ses. 23. de refor. c. 1. bonumq; cōe proprio præferentes, ne super gregem dissipatores videantur, vnde faciāt bonum, & illud bene. 16. q. 1. c. monachi. lo. 2. gl. in c.

3 ea quæ de reg. iur. lib. 6. † Iesus enim dominus noster cæpit primū facere, & postea docere. in actib. apost. c. 1. ad Hebr. c. 9. si ipsi filij eius sumus, q̄ ipse facit, imitari debemus c. domi-

nus. in final. verb. §. 6. dist. ex Io. c. fin. vt cæteri humilitatis exempla petere possint, nihil permittendo, quod a sancto instituto sit alienum. sess. 25. eiusd. Conc. de reform. gen. c. 1. respiciendo etiam ad exempla, vt a nobis sequantur. ex illo Ezecc. c. 47. Floren. in sum. pri. par. tit. 3. c. 7. §. 7. vt benefacere, & dicere, inanis non reddatur labor, abstinendo in factis, & dictis non solum ab omni malo, sed ab omni quod spetiem habet mali, id enim specialiter vitare debent viri perfecti, vt dicit tex. in clem. exiui a. Paradiso. §. cum annuis de ver. signif. in c. cum ab omni. de vit. & hon. cler. Sed ipsorum proprium est facere, exēplisq. monstrare. † Non more Pharisæorū, qui alligant onera grauia, imponentes ea humeris hominū, sed digito suo nolūt ea mouere. Matth. c. 23. S. Bern. in fest. omn. sanct. serm. 1. & in epist. memento voci tuæ dare vocem virtutis, vt opera verbis cōcinnēt, & verba operibus; & vt cures primum facere, quam docere, Nāq; pulcherrimus est ordo, & saluberrimus, vt onus, q̄ portādū imponis, tu prior portes, & ex te discas, qualiter oporteat alijs moderari, vt sic oues cōmissas arguere possis. c. 2. 25. dist. unde de ipsis phariseis dicit dominus. eod. c. 23. Matth. quæ dicūt facite, quæ autē faciunt nolite facere. transumpt. 1. q. 1. c. omnia. Inde Isid. lib. 3. de sum. bon. c. 37. pulchre dixit, qui bene docet, & male viuūt, q̄ docet bene viuētibus proficit, q̄ uero male viuūt, se ipsū occidit, ideo patere legem, quā ipse tuleris de constit. c. cum omnes. & c. pro illorum. de præb. † Item debet esse Prælati benignus, & ad benefaciēdū paratus, dulcis eloquio, q̄ cunctos



cunctos sciet sua mattare dulcedine, & si plerumq. non concedenda petantur, non ideo dure, aut aspere respondēdū est, sed leuiter. neq. tamen faciendū, q̄ iniuste petitur. Verbum enim dulce multiplicat amicos, & mitigat inimicos eccl. c. 6. dom. Archiepi. Brachar. de morib. prelat. c. 2. vbi late de hac materia. & de pastoris benignitate. & iux. decretū Conc. Trid. sess. 13. de refor. c. 1. & infra ē t c. seq. & ex virtute, & probitate. Phil. 9. ethic. quare dixit Greg. li. 23. moral. §. 36. doctrina tāto vehementius elationis fugit vitū per cognitionē, quanto ardentius suorū verborū laculis magistrū sequitur elationis. c. hoc habet proprium. 46. dist. & Princeps Apostolorū scribens ad clementē de vniuersis episcopis inquit, ecclesiarū omniū curā habentes, misericordes, & beneuoli estote, in omni verbo, & opere pro viribus agite. †

6. omnisq. Pontifex sacro crismate perūctus, charus, & præciosus omnibus esse debet, hæc est volūtas Dei, vt benefaciētes ob mutescere faciatis imprudentiū hominū ignorantia. Pri. Petr. Sec. & Bern. In omnibus exēplo Apostoli honorificabit ministeriū vestri, nō cultu vestium non faustu æq̄ orū, nō amplis edificijs, sed moribus ornatis spiritualibus, ac bonis operibus, quibus in Deo factis expectatur, & speratur eterna retributio a Deo per eius misericordiam, & Iesu Christi mæritū ex diffinitione sacri. Conc. Trid. sess. 6. de Iustific. can. 26. similiter idem Bern. in omnibus suis actib. vel dictis, vel cogitatis, nihil suū quærat episcopus, sed tantū aut Dei honorē, aut proximorū, aut vtrumq. & scribēs ad Eugenū Papā addidit.

Domum episcopi decet sanctitudo, decet modestia, honestas, sacerdotēs domestici, aut cæteris honestiores, aut omnibus fabula, nūquā enim in honeste viuere, est iocūde viuere. Cicero lib. 2. de finib. bon. & mal. † Quorum familiarū vita describitur a sanctis partibus in Conc. Tri. alle. sess. 2. demo. viu. §. familiares vero. ne sint rixosi, vinosi, impudici, cupidi, elati, blasphemii, voluptatū amatores vitia fugiāt, virtutes amplectentur, in omnibus honestatē præferendo domum suā bene gubernādo. Vnde de his cū visitatio sit de mandato sedis Apostolicæ ab aliquo deputato, vel a Metropolitano in casu supradictō c. præced. n. 11. fit generalis inquisitio de domo, & familia episcopi, & optima ratione, ne in visitatione, vice salutis animarū, de quibus tractatur, scandalū præbeatur ad hæc idē do. Archiepi. Brach. 1. part. sui tract fol. 22. nisi enim prælatus visitās his virtutibus fulgeat, quomodo visitabit ecclesias Dei; aut qua deuotione prædicabit verbū salutis, malos corriget bonos hortetur; tribulatos cōfortabit cū omnibus debeat pdesse, nō præf se, ne aliud videatur docere, & aliud facere. Namq. bene docere, & male viuere, nihil aliud est, quā se ipsū dānare, cū ad inreprehensibile normā euangelicæ vitæ sit vocatus. vt eod. trac. de morib. prelat. in princ. 1. par. discurretur. † Itē debet esse episcopus visitās sollicitus circa vtilitatē cultus diuini, ecclesiarū, atq. animarū, & circa prudētiā inde dicitur ead. c. 23. figulus sedēs ad opus suū in sollicitudine positus est ppter opus suū. & hæc sollicitudo secūdū Dom. Pet. est in mæritum obedientiæ. & salutem anima-



animarū. ex quo a sacris Concilijs inducti sunt actus visitationis. 11. q. 3. c. episcopū. c. placuit. & 10. q. 3. cap. cauendū. non de illa sollicitudine, quæ est animi, & corporis conuassatio de qua loquitur Tull. lib. 2. de fin. bon. & mal. ea igitur cura animarum semper est exercenda laudabiliter iux. verba Conc. Trid. sess. 7. de reform. c. 7. & cum negligitur amarius est dolendū, in extrauag. execrabilis. de præb. & digni. & ibi subdit glo. peccatū mortale induci cōtra negligētē. & Iosue. c. 23. estote solliciti, vt cūsta custodiatis, quæ in libro Moy sis scripta sunt. & Greg in regist. cura est sollicitudinis adimplēda, vt ea quæ p quiete religiosæ conuersationis sūt ordinata, nec dissimulatio negligere, nec valeat quædā præsumptio pturbare. † Sed hæc sollicitudo episcopi vertitur circa tria, vt scibit do. Flor. in sum. 2. part. tit. 1. c. 25. §. 3. 10 erga Deū, qui vult totū hominē esse sollicitū ambulare corā ipso, ne a sollicitudinibus huius mūdi suffocetur. Luc. c. 8. cū spine suffocauerit semen bonū: erga se ipsū cauēdo ab insidijs Diaboli, ne sensus sui a bonis operibus retrahātur. ppter ea orat ecclesia. Respice in seruos tuos domine & in opera tua, & dirige filios eorum. Diabolus enim per omne viā, captat quomodo possit homines deuorare, animas perdendo. sessio. 14. Cōc. Tri. de extrem. vnc. in princ. tamquā leorugiens. ex Petr. 1. epist. c. 5. vnde dicebat sæpe. dom. Carolus Montilius Archiepis. Amalphanus, nunc autē episcopus Viterbiensis Doctor Casalensis (nobis maximo amicitiaē nexu astrictus, cui nos non tantum debere, quantum debere velle profitemur

ex sua singulari prudentia, magnaq. in nos affectione, cū fere per quinq. annos in eadem simul prouintia versati fuerimus, ipse in Amalphanā, nos in Rauellensi contigua ecclesia, q. maxima causa fuit; vt nos ad hæc scribenda verteremur.) loquens de homine perfecto ex D. Hieronymo. q. omnes sumus in minimis cauti, in magnis vero negligētes, vt bene Poeta in sua Andria dicat in illo versu.

*Tantā rem, tā negligenter agere?*

Itē circa proximū in spiritualibus, & tēporalibus, ad Rom. 12. qui præest in sollicitudine, vt pater erga filios; Sollicitus esse circa ecclesias, vt occurrat easibus, & scandalis, quæ nequeunt eo absente cōmode tractari, quod quantis rebus præmatur vide ad plenū Dom. Archiepis. Brachar. de morib. Prælat. 2. par. c. 1. quæ omnia in visitationibus instruūtur. & recte implentur. † Ideo frequentandæ sunt visitationes, vt diligēter quis cognoscat vltū pecoris sui, suosque greges consideret. frat. Lud. Grana. de offic. pastor. 2. par. c. 8. (quod opusculū ad iunctū est tractatiui dom. Archie Brachar. de morib. prælat. ipsūq. librum ex vrbe trāsmisit nobis ex suo liberali animo. Illustrissimus do. meus. do. Iulius Antonius sancti S. R. E. magnus Cardinalis S. Seuer dictus. tit. sancti Barth. in insula, qui ad sui exemplū hortatur uerbis, & litteris omnes prælatos esse zelātes cultus diuini, & pastoralis officij, sicuti paulo post dignatus, tuit itē trāsmittere aliū tractatū eruditi uiri Laurentij Gamb. de abst. ab subscrip. turp. poem. cū aliquibus adnotationibus manu scriptis p magistris, & discipulis in seminarijs existentibus) Non causa



causa ambitionis ad prægrauādū superfluis exactionibus, cū visitans nō debeat esse onerosus. ff. de off. proc. l. obseruare. 10. q. 3. cap. inter cætera. sess. 24. eiusd. Conc. de reform. gen. c. 3. §. interim. sed tantū pro salute animarū, quas deus creauit, vt saluētur, non est voluntas patris vestri, vt peccet vnus de pusillis istis. Matth. 18. c. maiores. §. 1. vers. absit enim. de baptis. gl. in c. decet domum. de immun. eccl. lib. 6. vbi enim est ambitio, ibi nō est vera intentio, quia ambitio omnes torquet gl. Ex Bern. in extrauag. execrabilis 10. 22. de præb. † Nā que ambitio est mater furoris, que si nō esset? felix ipsa religio? nēpe cū ad impudentiam (teste B. Bern. in epist. 125.) prorūpit, efficaciam perdit, & cū improbus affectus se aperit, perit effectus. Ambitio mater hypochrisis, spurcū vitium, in imo iacet, & dicitur appetitus inordinatus honoris. Floren. in sum. 2. part. tit. 3. c. 5. Mart. Doctor. Nauar in Man. c. 23. n. 15. ve episcopo, qui lucrū pecunię sectatur nō Dei honorē, iā oues carnē, & lanam perdidērūt fere. hinc Christus in Euang. Matth. c. 7. Attēdite a falsis prophetis (id est malis pastoribus) qui veniūt ad vos in vestimentis ouium, intrinsecus autē sūt lupi rapaces? a fructibus eorū cognoscetis eos? nūquid colligent de spinis viuas; quasi dicat nō? & sic nō pascunt exēplo bonorū operū. iux. decretum præfati Conc. Trid. sess. 23. de reform. c. 1. cum nec bonæ vitæ exēplo, nec sibi, ouibusq. consulant: sed per imperitiā, & negligentiam pascunt? si præpositus malegerat officium? subditi quid facient? an non dicat quisque? ego qui sum, an non faciam, quod ille facit? Vnde

curet episcopus ad vnum esse semper intentus, vt populū sibi cōmissū, sic pascat, vt iustā possit Deo reddere rationem. dom. Card. August. late in epistol. de cōdit. bon. & mal. præb. ad Petr. de sot. de Inst. sacerdot. † Item Prælatus visitans debet esse utilis cū grauitate, ponderate, & vtiliter loquendo. Gregor. in pastor. recitatus a Grat in c. sit rector. 43. di. cum Rector se ad loquendum præparat, sub quantæ cautelæ studio loquatur attendat, ne si inordinate ad loquendū rapiatur, errorū vulnere audientium corda feriantur, & cū fortasse sapientē se videri desiderat, virtutis cōpagē insipienter abscindat: qui enim sapienter loqui nititur, magnopere metuat ne eius eloquio audientium vnitas confundatur, discat quando debeat loqui, & quando tacere, nam & tacere cum expedit, loqui vitiosum est, & male loqui peius, adhibeat circūstātiās debitas, descriptas a do. Flor. 1. par. l. uæ sum. tit. 2. c. 4. §. 4. vt dixi in alijs meis sermonibus. ex eccl. c. 3. tempus loquendi, & tempus tacendi modum seruando secundum exigentiam materiæ, & personarum, sit prælatus grauis, non austerus, non dissolutus, neq; terribilis, sed mediocritatem intendens, dura verba non proferens, nisi disciplinæ necessitas urgeat. vt ex multis sanctorū Patrū authoritatibus discurret idē dom. Archiepisc. Brachar de mor. prælat. c. 2. ad que faciūt multū notabilia verba Imperatoris posita in §. deinde competens est in fine. in auth. de mand. princ. dum inquit. Talē te præbebis temetipsum omnibus. & publice, & priuatim, vt terribilis quidem sis delinquentibus, & in deuotis circa



circa fiscalia, mansuetissimus autē, &  
 mitis, placidis, & deuotis, paternā eis  
 13 exhibens prouidentiam. † Caueatq.  
 quam plurimum, ne irascatur inter fa-  
 miliares, & inter ipsos visitandos, ne  
 contemnatur ex nimia etiam familia-  
 ritate, ex cuius æquali conuersatione  
 contemptus sæpe nascitur ipsius dig-  
 nitate, l. obseruandum, ff. de off. præ-  
 sid. qui familiares sæpius prælatū ad  
 multa inconuenientia ducunt, cum a  
 recta via recedunt, nihil profecto de-  
 terius est malo exēplo. Gabr. prat. li.  
 4. calam. nost. temp. fol. 171. & malum  
 exēplum ad malos mores prouocat  
 alios iux. verba Conc. Trid. sess. 24. de  
 reform. gen. c. 8. & sæpe malorū con-  
 sortium corrumpit alios etiam de se  
 bonos 28. q. 1. c. sæpe malorum, glo.  
 in extrauag. lo. 22. sacrosancta. de re-  
 lig. do in verb. incessanter. infra. li. 2.  
 c. 21. post nu. 21. vnde bene inquit Au-  
 gu. in lib. de hon. mult. quod ab osten-  
 dentibus exemplum perditionis re-  
 quirende sunt animę pereuntū in  
 die iudicij, ideo tales nō debent dici,  
 nisi familiares inimici, qui quantum  
 noceant vide dom. Floren. in sum. 2.  
 p. tit. 1. c. 22. §. 1. ex quo deductū est cū  
 visitatio fit in episcopos nomine se-  
 dis Apostolicę, inquiratur de episco-  
 po, eius vita, & domo, examinetur de  
 familiarium vita, moribus, honestate,  
 14 conuersatione. super eod. c. n. 7. † Ne-  
 que in ipsis visitationibus, seu actibus  
 reformationis perturbationes animi  
 demōstret signis, vt præsentēs habeāt  
 quid mirari (dicit Dom. Peti. ad hoc,  
 vt quod generale est, alicui cū scan-  
 dalo particulariter, ne tribuatur a cir-  
 cūstantibus: Constantis enim viri est,  
 cuius animi motus, vultus non dete-  
 git, nam quid viro graui deformius?

vtq; pertinet ad religionem procon-  
 sulum, quasi ad auram genę palleāt?  
 cutis in rugas contrahatur? scintillent  
 oculi? ac si musto esset persona ple-  
 na? turbetur vultus, aut si sanguinem  
 irę furor faciei accendat? & quasi ex-  
 cutet in superficiem? expumantia tor-  
 queantur labia, brachia iactentur? sa-  
 liāt pedes? corpus trepidet? & toto ge-  
 stu non tā iratum exprimat, quam in-  
 sanum? certe talibus compatiendum  
 est vnde vt fatui sunt iudicandi, quia  
 & si non loquendo, signis tamen suā  
 ostendunt fatuitatem: Bar. in trac. de  
 test. Alphon. Aluar. in suo spec. c. 68.  
 vers. 6. per doct. de postul. l. saluo, &  
 sicut fatuus ille, qui secreta sua extra-  
 neis patefacit, ex quo plura possunt  
 mala euenire. Pet. Berthor. super mo-  
 ral. Bibl. lib. 12. c. 19. sit igitur discre-  
 tus, & vtilis, ne aut tacenda proferat,  
 aut proferenda reticescat, cum sæpe  
 rectores improvidi formidantes hu-  
 manā auertere gratiam, loqui perti-  
 mescunt, & iux. euangelicā vocē, ne-  
 quaquam gregis custodiam pastorū  
 studio, sed mercennariorum more de-  
 tinent, & timor plerumq. segniorē  
 reddit episcopum ad inquirendū, &  
 puniendum subditorum delicta, sess.  
 13. eiusd. Conc. de reform. c. 6. † Nāq.  
 mercennarij lupo veniente grege de  
 delicto au fugiunt, dum se silentio ab-  
 scondunt, merito hos tales mercen-  
 narios a cura animarum esse arcen-  
 dos mandat idem Conc. Trid. sess. 6.  
 de reform. c. 1. & sess. 23. eod. tit. c. si-  
 militer 1. ex eo quod mercēnarius est,  
 ideo fugit: & Ioan. c. 10. quærens quę  
 sua sunt, non quæ Iesu Christi ad  
 Phil. c. 2. & cum male quis admini-  
 strat, priuatur denario diurno, quem  
 habēt bene operantes in vinea Domi-  
 ni.



ni. c. super specula in fine. de mag. gl. in extrauag. lo. 22. cum ad sacrosanctæ in verb. satisfiat. §. qua de re. de verb. sign. vt boni, & opportuni operarii, & idonei cultores destinati in vinea domini. in alia extraua. eiusd Saluator noster de præb. & dignit. ideo nulla erit excusatio ignorantie pastoris, si lugus oues comedit, cum, & propria, & ouium salutis sit immemor, eod. c. 1. & bene in c. aduersitas, 7 q. 1. ¶ Vbi glo. soluit questionem si prelati propter sui persecutionem possit deserere ecclesiam suam & quando persecutio est intrinseca, vel extrinseca de quo no. Inno. de renun. c. nisi cū pridē; qñ quis cōpellitur cedere ecclesie, populo eum persequēte; nec pōt populus aliter acquiescere; vbi vide de notab. dist. & gl. in Cle. 1. in verb. persequētium, de for. comp. cum autem persequentur vos in vna ciuitate fugite in aliam dicit dom. Matth. c. 10. sic etiā, quando communis satisfactio totius populi est cōtra ipsum, vt ex inde dubitetur de eorū salute, item de malitia plebis, vt prelati nullo modo proficiat. eod. c. nisi cū pridem. §. itē propter malitiam. infra. lib. 2. c. 28. n. 6. ad propositum modo istis mercenarijs de iure tribuitur alia significatio, aliter Leui. c. 19. Thob. 4. Luc. c. 10. aliter de iure ciuili. ff. de pæn. leg. 1. respiciendū. §. furta domestica: propterea dixit Greg. ad materiam nostram, tales, qui præfunt se exhibeant, quibus subiecti occulta quoq; sua prodere non erubescant, & cū tentationū fluctus p vim tolerant, ad pastoris culmen, quasi ad matris sinū currāt. & Ber. ne preceps eris in sentētia, nec vehemens in vindicta, non in corrigendo remissior,

non in parcendo feuerior, non pusillanimitas in expectādo, non superfluus in victu; neque notandus in vestitu, non facilis ad promittendum, ne tardus ad reddendum, sed inter vtrumq; versando. ¶ omnis namq; virtus licet non vno & eodem modo, in medio cōsistit. vt declarat Florent. in sum. 4. par. tit. 1. c. 2. §. 1. & tit. 2. §. 1. vbi de prudentia agit virtus humana, quæ ad perfectionem vitæ ciuilis requiritur, præcipue ad duo ordinatur. ad moderationē passionū interiorū, & ad debitam operationē exteriorum: Nāq; mediū tenere beati, & maior medijs gratia inest. glo. in c. quærēt: de off. deleg. & in c. sciētes. de cēsib. sapient. c. 18. Luc. c. 24. dū silentium mediū. in medio animalium. Abac. 4. in medio doctorum. Luc. cap. 2. & sic Christus dominus noster in omnibus mediū tenere voluit Philip. 2. ethic. & inter vtrumq; mediū tullissimus, ibis, mediū elige, & ad extrema non cades. ¶ Itē debet esse pius cum bono ordine sequendo misericordiam. visitando ad consolationē, & medelā, nō ad vindictam, & excoriationem, quia si Deus est benignus, non debet sacerdos eius esse austerus, nāq; melius est per misericordiam rationem reddere, quā per crudelitātē. facit c. alligant. 16. q. 7. Inde sapienter Seneca. Verecundiā peccandi facit pietas regentis (sed non in his temporibus) & præstat habere famā misericordis, benigni, humani, quā eloquentissimi oratoris. dicit Chrysof. super Matth. c. 3. & recenset Frat. Ludou. Gran. alleg. tract. Conc. par. 2. c. 10. cū in episcopo fulgere debeat Iustitia, multo magis misericordia. ex quo dicit gl. 86. dist. cap. 3. iustus in misericordia



ricordia corripiat, & arguat, quia nō  
verbis asperis sunt homines procurā  
di. 45. dist. cap. qui sincera. & alias ni-  
mia sœuitia præceptoris culpæ affi-  
gnatur. ff. ad l. Aquil. l. præceptor. & 20  
sanguinem elicit, qui nimis emungit.  
de renunt. c. nisi cum pridem. & gl. in  
extrauag. lo. 22. si fratruum. §. quia  
igitur. in verb. salubriter. ne sed. vac.  
afferri verius.

*Immoderata facit correctio deteriore  
Sed moderata satis correctio gi-  
gnit amorem.*

19 Ideo sæpe erga corrigendos † plus  
agit beneuolentia, quam austeritas,  
plus exhortatio, quam comminatio,  
plus charitas, quam potestas. sess. 13.  
Conc. Trident. de reform. c. 1. do. Flō.  
in sum. 3. par. tit. 20. cap. 5. §. 3. & di-  
xit notanter Phil. Corn. conf. 296. cir-  
ca primum. 4. vol. quod qui non im-  
pendit misericordiam, dicitur negare  
Christum proprium etiam misericor-  
dis dare lachrymas alienis calamita-  
tibus, sic ipse Christus vidēs miseria-  
s humanæ naturæ propter peccatum,  
lachrymatus est. Io. c. 11. Inde Stoici  
dixerunt misericordiam esse ægritu-  
dinem ex miseria alterius: vide etiam  
gl. in c. ponderet 50. dist. & August.  
in incessu, statu, habitu, in omnibus  
motis vestris nihil fiat, quod cuiusq;  
offendat aspectum sed quod vestram  
deceat sanctitatem. 45. dist. cap. licet.  
& in istis includuntur omnia requi-  
sita de prudentia, sanctitate, fortitu-  
dine, diligentia, scientia, parcitate, mo-  
destia episcopi visitantis, & suum gre-  
gem regentis. iux. cumulata per eum-  
dē F. Lud. Gran. vbi supra, & de qui-  
bus nos suo loco infra diuisim tracta-  
bimus, & si attentis prædictis, quis or-  
dinate visitauerit, facilis erit labor, &

magnus fructus, prout in 6. p. 12. lib.  
totius operis Deo auxiliante plenius  
dicemus, quia nisi ordinate proceda-  
tur optamus non sequitur fructus. c.  
qualiter, & quando. lo. 1. de accus. †  
exinde bene dixit Seneca, quod non  
est philosophia popolare artificium,  
nec ostentationi paratum, non in  
verbis, sed in rebus est, sic legē factis  
impositam dicimus. l. 2. in fin. verb. C.  
com. de leg. nam quæstio est magis  
facti, quam iuris. l. filius. ff. de donat.  
& ex facto ius oritur. l. si ex plagis. §.  
in diuo capitolino. ff. ad leg. Aquil. &  
magis ostensione facti, quam expres-  
sione alicuius statuti. cap. Apost. Sed.  
de donat. & Bal. in l. si donatione. C.  
de collat. q. super facto ius impositū  
est. nec possunt opportuna remedia  
adhiberi antequā facti ratio habeat.  
l. quidam. ff. de iur. codic. gl. 4. in extra-  
uagen. Ecclesiæ Romanæ. de maior.  
& obed. dom. Arnal. Alb. de agnosce.  
asser. catho. & hæret. q. 2. n. 59. vbi vi-  
ne. idq; etiam constat de motu alicu-  
ius, vt magis facto, quam verbo eius  
perspiciamus volūtatē, Bar. in l. fan-  
cimus. in fi. C. de testam. de quibus di-  
ctis nō modo. vide aliqua notata per  
doctiss. Alciat. li. 1. paradox. cap. si igi-  
tur visitatio in ipso actu non adhibe-  
tur, & in delicijs consumatur dies, stu-  
dendo ocio, nō potest cōsuli, nec va-  
cari in hora ēt occurrētibus grauitas  
ergo ordinet rationabiliter animum,  
formet vitam, disponat actiones, re-  
gat regenda, & cōmittenda demon-  
stret, vt sic animarum saluti proui-  
deatur, quod qualiter fiat, & effici  
possit, vt pastoralis officij munus in  
cunctis exequatur, latissime in se-  
quentibus demonstrabimus.



DE PRACTICA VISITANDI  
in Generali.

## CAP. QVARTVM.

## S V M M A R I V M.

- |    |   |    |  |
|----|---|----|--|
| 1  | <b>E</b> xperientia facit artem, & mul-<br>tum prodest.                                 | 13 | Absolutio est danda defunctis tempo-<br>re visitationis.               |
| 2  | Christus in visitatione templi Iu-<br>daeorum quid primo fecerit.                       | 14 | Episcopus de quibus se informare de-<br>bet visitando.                 |
| 3  | Animalia duci per Christum in E-<br>uangelio, quid denotent.                            | 15 | Rektor ecclesie non debet examinari<br>coram laicis.                   |
| 4  | Episcopi ante visitationem debent<br>prænuntiare diem aduentus sui.                     | 16 | Dies visitationis debet esse sollempnis<br>in illa parochia.           |
| 5  | Episcopi sunt successores Apostolorū.<br>vbi vide de eorum potestate.                   | 17 | Populus est instruendus in fide.                                       |
| 6  | Bonifacius Octauus nequiuit inue-<br>nire mutationem episcopos facere<br>Cardinales.    | 19 | Episcopus in corrigendo debet incipe-<br>re a benignitate.             |
| 7  | Rectores ecclesiarū debēt denuntia-<br>re populo, quando episcopus venit.               | 20 | Ecclesie visitanda non debent gra-<br>uari superfluis expensis.        |
| 8  | Episcopus visitando clerum cum po-<br>pulo qualiter se geret, & in reliquis<br>num. 18. | 21 | Visitationis materia est fauorabilis,<br>ideo conuenis frequentari.    |
| 9  | Pontificalis liber est authenticus, &<br>eius ritus sunt obseruandi.                    | 22 | Visitationum episcopalium scopus<br>quis esse debeat penes visitantes. |
| 10 | Episcopus visitans debet processiona-<br>liter a clero recipi, vbi qua tunc<br>dicenda. | 23 | Pastoralis officij summa in quibus<br>consistit.                       |
| 11 | Episcoporum munus quod dicatur.   | 24 | Pastore bono in ecclesia melius inue-<br>niri non potest.              |
| 12 | Confirmationis sacramētum solum<br>episcopi ministrant.                                 | 25 | Præfationes profunt ad intelligen-<br>tiam materia, qua proponitur.    |
|    |   | 26 | Antiquitas est commendanda, non<br>contemnenda.                        |

**C**V M scientia, & ars homi-  
ni per experientiam eue-  
niat, & † experientia facit  
artem, sed in experientia  
casum, Phil. 1. metaph. vbi ordinare  
oportet sapientem, non ordinari: sci-  
re enim quod fit, & ignorare ordinē

faciendi; nō est perfectæ cognitionis  
scribit B. Ambrosius relatus a Bal. in  
proce. ff. ordinatio. nempe proportio  
quædā dicitur teste eod. Phil. 8. phif.  
& Satyricus ille poeta posuit versum.  
*Est modus in rebus sunt certi denique  
fines.*

Inde



Inde dicit summus Pont. in c. quã sit. de elect. lib. 6. q̄ experientia est effi-  
 cax rerũ magistra, nec quis faciliter  
 effici potest artifex, seu magister sine  
 practica, & experiẽtia, vt ibid. dicit 4  
 Gemin. n. ideo merito succedit vi-  
 dẽdũ de aliquo modo, aliqua ve pra-  
 ctica visitandi in generali, vt facilius  
 ad particularia, post modũ veniamus  
 & quẽadmodũ prælati sequi debeãt  
 vidẽt desumi posse p̄ aliquã similitũ  
 dinẽ exẽmpto Christi: Qui volens vi-  
 sitare tẽplũ Iudæorũ misit duos ex  
 discipulis suis ad denuntiandũ tẽpus  
 sui aduẽtus, qui mandato Christi sol-  
 uerunt, & adduxerunt ei asinã, & pul-  
 lũ, Matth. c. 21. quod multo prius præ-  
 dixerat per prophetã Zaccha. cap. 9.  
 Exulta satis filia Sion, iubilata filia Hieru-  
 salẽ; ecce Rex tuus veniet tibi iu-  
 stus, & saluator, ipse pauper, & ascen-  
 dens super asinã, & super pullũ filiũ  
 asinæ: in quo humilitas saluatoris no-  
 stri, quam maxime demonstrat, & vt  
 cognoscãt sui, p̄ quos tramites oportet  
 ambulare, vt vestigia eius sequi  
 possint. | Quæ duo animalia iussa du-  
 ci per dominũ significãt populũ Iu-  
 daicũ, & Gentilẽ, vtrumq̄. venerat le-  
 sus saluare, & inde ad cunẽtas gẽtes  
 misit Apostolos, Matthæ. c. 10. Asina  
 populũ Iudæũ, pullus vero populũ  
 Gentilẽ denotat, ad quod adducitur  
 illud Gen. c. 49. cũ Iacob antiquis Pa-  
 triarcha benedicẽs Iudã dixit: Ligabit  
 ad vineã pullum suum, & ad vitẽ asi-  
 nã suã; nã si vtrumq̄. misit Iesus acci-  
 pere, super pullum tamẽ primo r̄se-  
 dit, quia populus gentilis primum se  
 suæ maiestati subiecit, demum super  
 asinam, cum fiet vnus pastor, & vnũ  
 ouile. Ioan. c. 10. licet ad populum Iu-  
 daicum primo missus, qui perierat.

Math. c. 15. non sum missus, nisi ad  
 oues, quæ perierũt domus Israel: sed  
 recusauit, & morti tradidit illum.  
 Matth. c. 10. & condemnabunt cum  
 morte. † sic, & prælatus volens visi-  
 tare suã dioccesim, debet prænuncia-  
 re per tẽpus congruũ diẽ aduentus  
 sui, cum litteris hortatorijs, ad hoc, vt  
 ipsi visitandi, se præparent cum sol-  
 lemnitate processionali ad recipiẽ-  
 dũ Christi legatum: turba enim pluri-  
 ma cũ pueris exiuit obuiã Christo, ve-  
 stimenta sua prosteruendo in terrã,  
 alijs cedentibus ramos oliuarũ & ar-  
 borum, cantantibusq̄. canticũ gloriæ  
 Matth. cap. 21. & optime describit  
 Dom. Petr. sic, & clerus, & populus  
 debẽt se conformare cũ reliquijs, &  
 ornamentis, ad accipiendũ legatum  
 Christi, columnã ecclesiæ, cum Dei  
 laudibus, † sunt nẽpe episcopi suc-  
 cessores Apostolorũ illorũ, qui a Do-  
 mino primũ fuerũt vocati, cũ ipso  
 vixerũt, & pro eius nomine cõfiteo-  
 corã gẽtibus mortui sunt: p̄ batur in  
 sess. 23. Concil. Trid. de sac. ordi. c. 4.  
 supra c. 2. post n. 12. maiores omnib.  
 presbyteris. Dom. Card. de Tur.  
 Crem. in sum. eccl. lib. 1. c. 79. 91. ver-  
 fic. tertia conclusio, vt grauius pec-  
 cet, qui cõtrariũ dixerit. alleg. sess. 23.  
 c. 7. oculi ecclesię D. Card. Hofius.  
 de fid. & symb. c. 24. fol. 75. sanctissi-  
 mi Christi legati, Patres spirituales,  
 quos fratres, & episcopos vocat sum.  
 Põtifex in clem. 1. §. ne super, de pæ-  
 nit. Alph. Aluar. in suo specul. c. 13.  
 Cassan. in sua gloria 4. par. cõsid. 24.  
 dicũtur enim serenissimi, de elect. c.  
 in pleijsq̄. & quos illustres, dicit Bal.  
 in l. qui nexu. C. de decur. li. 10. & in  
 c. & si sētētia. de re iud. li. 6. & sanctif-  
 simi appellãt ab Imperatore, in auth.

C de san-



de sanctis. episc. cum in eis sit excellē-  
 tior dignitas. per c. innotuit de elect.  
 gl. in proce. sexti. in verb. episcopus.  
 vbi Io. And. & Christus dominus no-  
 ster dictus est episcopus animarum  
 6 nostrarū i. Petr. c. 2. † Hinc in primiti-  
 ua ecclesia episcopi adeo habebātur  
 in excellētia, vt ante Bonifaciū VIII  
 nō fiebāt Cardinal. vnde dicit. dom.  
 Paui. in hoc tractat. de visit. i. par. q.  
 2. nu. 13. erubescat Bonifaciū author 8  
 sexti, qui cū multa mutasset, nequiuit  
 inuenire hāc mutationē, vt episco-  
 pos faceret Cardinales, & Pauinū re-  
 fert Gomez. episcopus Sarnensis in  
 proce. reg. can. dū tractat de dimi-  
 nut. episcopo. dignit. quæ non in ad-  
 ministracione cōsistit. Abb. in c. inter  
 corporalia. nu. 6. de transl. præl. sed  
 excusatur Bonifaciū ab obiectione  
 Pauini, nā tūc tēporis adhærebat opi-  
 nioni illorū, qui dicebāt, episcopale  
 dignitatē maiore esse dignitate Car-  
 dinalatus, sicuti multi tenebāt. dicit  
 gl. in extrauag. si fratrū. lo. 22. §. quia  
 igitur. in verb. alia, ne sed. vacan. amit-  
 tēdo nūc illā quæstionē si episcopa-  
 tus sit ordo per se. (dissentientib. theo-  
 logis) q̄ sēper placuit, de qua q. alio  
 loco dicimus, inueniētes idē ample-  
 cti iux. hāc opinionē D. Mar. Nauar.  
 in Man. c. 22. n. 18. sequendo tamen 9  
 cōmun. de qua omnes in verbo ord.  
 & per Tho. & sequaces in 4. dist. 25.  
 7 † Rectores igitur præcipue curati ca-  
 thedraliū, collegiarū, matricū, paro-  
 chialia ecclesiarū debent in ipsis ec-  
 clesiis denunciare populo, vt tā cle-  
 rus si adest, quam populus sub pæna  
 excōmunicacionis vt cōueniant om-  
 nes in die statuta, & habentes asinā,  
 hoc est sensualitatem grauib. pec-  
 catus alligatam veniant ad recipien-

dum iudicium fori pænitentialis, &  
 absolutionem in casibus a iure refer-  
 uatis a patre, & pastore, adducendo  
 pullos, id est pueros, ad suscipiendum  
 sanctū cōfirmacionis sacramentū, &  
 monita patris, & pastoris: saluator. n.  
 noster, nisi viderit animā doctrina, &  
 moribus, ei nō infidet nudæ, & hoc  
 est, q̄ discipuli sessuro domino super  
 pullū, vestes suas substrauerūt, Bern.  
 super cant. sermon. 27. † Prælatus ita  
 que. seu alius deputatus accedēs pro  
 visitacione, cū ad locū visitandū per-  
 uenerint, iuxta crucē, qua reuerenter  
 adorata benedicendo gentes ingre-  
 ditur locū processione præcedente,  
 vt in lib. Pōt. Ro. Eccl. habet: ipsū. n.  
 signū crucis erit in cælo cū dñs ad  
 iudicādū venerit, cū in eo sanctissi-  
 me crucis ligno dñs noster Iesus, pro  
 nobis mortē subire nō dubitauit, vt  
 crux, quæ erat supplicii latronum,  
 nūc trāserit ad frōtes, Imperatorum  
 gl. in clem. 1. de sum. trin. & vide in-  
 fra, hoc li. c. 9. n. 6. adorādo q. ita, prin-  
 cipaliter, & maxima veneratione cū  
 ctos exhortādo, vnde præsentat præ-  
 lato ingrediēti, vt sicut ipse Christus  
 pro ouibus suis animā suā posuit, ita  
 & episcopus pro grege sibi cōmisso  
 vigilet, vt boni pastoris nomen for-  
 tia. † Et notandū q̄ idē liber Ponti-  
 ficis est authenticus, vt dicit hic do.  
 Paui. i. par. q. 5. n. 34. per tex. cū gl. in  
 clem. 1. §. nos ead. de iur. iur. Conr.  
 Laud. li. 1. c. 1. §. 1. n. 18. vers. finē, &  
 cuius libri ordinationē, & ritus debet  
 episcopus plene, & integre seruare,  
 & sic quilibet alius visitās, circa cære-  
 monias, preces, & absolutiones. p. de  
 functis. & circa modum proponen-  
 di verbum Dei, nec prætermittere,  
 sed supplere, quæ in materia di-  
 cemus,



ceamus, cum mutanda non sint, quæ  
 antiquam habuerunt obseruantiam.  
 10 arg. l. minime. ff. de legib. † solent e-  
 tiam omnes de clero (vt dicit & be-  
 ne D. Petr. 1. p. c. 3. & obseruatur.) in  
 obuiam prælato visitanti cauere ver-  
 sus. Pax æterna ab æterno huic loco  
 pax peremnis, verbum patris domilo  
 cum augeat, pacem pius consolator  
 præstet incolis, iuxta formam tradi-  
 tam in Euangelio, Matth. cap. 10. in  
 quacumque ciuitatem, vel locum in-  
 traueritis, primum dicite, pax huic do-  
 mui: demum tradito hyfopo, cum aqua  
 benedicta ante altare maius, Prælatu  
 genuflexus facit orationem, & cãtañ  
 antiphona, Sacerdos, & Põtifex, & vir-  
 tutum opifex, pastor bone in populo  
 sic placuisti domino, intercede p no-  
 bis. vers. Ecce vir prudens. Resp. qui æ-  
 dificauit dominum supra firmam petram  
 deinde dicitur Oratio, Deus humilium  
 visitator, vt patet in eod. lib. Põt. fol.  
 203. benedicitq; populo, & sedens p-  
 ponit per se, vel alium causam sui adue-  
 tus. Cum ipse ex pastoralis officio, & sa-  
 cris canonibus teneat visitare eccle-  
 siam & diocesim suam, idq. firmiter ex  
 Cõc. Tri. vt sup. est dictum primum ad  
 absoluendas animas defunctorum, quia  
 sancta, & salubris est cogitatio p de-  
 functis exorare, vt a peccatis soluantur  
 2. Machab. c. 12. item qualiter eccle-  
 sia se hæt de ministris, & necessarijs,  
 q vitia, & scelera corrigant, peccata e-  
 uitent, per quæ homo priuat gratia-  
 11 Dei, & virtutes exerceantur. † hoc. n.  
 est proprium munus episcoporum, subdi-  
 torum omnium vitia redarguere. sess. 14.  
 Conc. Tri. de refor. c. 1. sicuti diximus  
 in famil. sing. in l. e. n. 24. & alio loco  
 dicitur Prælatu ad corrigendum subdi-  
 torum excessus, prudenter, ac diligenter

intendat. sess. 6. eiusdem Conc. de refor.  
 c. 3. sess. 24. eod. tit. cap. 3. prout est in  
 sermone de Conc. Prouin. latis dixi-  
 mus. vbi commendatur. tex. in cap. in  
 refragabili. de offic. ordin. nam si ma-  
 le facta corrigere non festinauerit,  
 alijs viam in excessus facile aperiet.  
 35. q. 9. cap. loci, & negligit, cum possit  
 perturbare peruersos, nec caret scrupu-  
 lo societatis occultæ. 83. dist. cap.  
 error. cum simil. vnde recte dicitur  
 occultatem alienum delictum suum  
 facere, gl. in rubr. C. de his qui latro.  
 vel ali. crim. reos occult. quam gl. al  
 legat. in notabili. qu. 10. Nicol. Are-  
 lat. de hæret. not. 31. & Bal in l. 1. C.  
 eod. tit. & error cui non resistitur ap-  
 probari videtur. 83. dist. cap. error. ite  
 ad absoluendum in casibus, a iure  
 reseruatis in foro pænientiali, offe-  
 rendo benignam assistantiam, & exer-  
 citium clauium sanctæ matris Ecclesie  
 pænitentiamq. salutariter misericordi-  
 ter iniungendo: qui autem sint isti ca-  
 sus reseruati infra suo loco dicemus  
 & ad ligandum, vbi sic expediens fue-  
 rit iudicatum, cum, & ad vtrumq. clauis  
 ecclesie esse datas diffinitum sit a sy-  
 nod. Tri. sess. 14. de sanct. sac. pæn. can.  
 16. si quis dixerit clauis ecclesie da-  
 tas tantum, ad soluendum, non est ad li-  
 gandum, & c. anathema sit. Est enim  
 clauis spiritualis ista ecclesie, sicut cla-  
 uis materialis, quæ aperit, & claudit ho-  
 stium, ista cælum. Matth. c. 16. & de-  
 clarat gl. in extrau. lo. 22. quia quorum  
 dam. §. quod autem. in vers. clauem.  
 de verb. signif. † & q sacramentum  
 confirmationis (quod nullus alius p-  
 ter episcopum ministrare potest, de cõ-  
 secr. dist. 5. cap. manus. sess. 7. eiusdem  
 Concil. de confirm. can. 3. sess. 13. de  
 sacramen. ordin. can. 6. & 7. impen-  
 dere



dere paratus est, & si confirmandi sint adulti, de honestate sint confessi ne recipiant in vase immundo lumē gratiæ, & donum Spiritus sancti, præcipiens, ne alias confirmati faciant sibi reiterari hoc sacramentum nec aliquis excommunicatus, aut non confirmatus teneat aliquem, & tenens deuote præsentet vnum tantum, aut duos, iuxta verba ipsius Pontific. & non plures: nec religiosi teneant, si ipse licentiam non dederit instruendo de viribus, & reuerentia tanti sacramenti, vnde habuit ortum vt infra suo loco de sacramentis plenius dicemus, exercens illud cum amittit, stola alba, pluuiali albo, ac mitra, vel saltem supra roquetum (si nõ est regularis, & de mendicantibus, quia habitus est de substantialibus monachus, & non mutatur. 16. qu. 1. cap. de monachis) cum stola, & mitra, ac demum si ornamenta aliqua sint benedicenda, vt infra hoc lib. c. 23. & si quid aliud tunc expedire videbit: † & confestim ad absolutiones defunctorum accedere, cum pluuiali violaceo, vel nigro, & simplici mitra, cum Psal. de profundis, ex ordine ipsius ment. Pontific demum missã dicat, vel audiat: prodest enim multum defunctis hæc absolutio, vt infra dicemus, & ponit Gul in ratione. lib. 7. cap. 35 & quandoque ab excommunicatione, cum viuus signo pænitenti decesserit, absoluitur iuxta 34. quæst. 2. cap. nec quisque. missa. principale suffragium liberandi animas a Purgatorio. in princ. sessione 22. de sacrific. miss. cap. 2 §. quare, & canon. 3. & sessione. 25. de purgator. 14 in Concil. Trident. † Quibus peractis, si ante, vel post videbitur conuo-

cet rectorem curatum, parrochum, plebanum, & alios, iuxta cap. Romana. de censib. lib. 6. quærat vitia, & defectus, quibus populus ille magis abundet, ab honestate vitæ declinãs: si sint legata pia ad absoluendum, si sint excommunicati, iudicati, disceordes, odiosi: si omnes communicauerint, si sint errantes a fide, in fortilegijs, curiositatibus, aut pessimis moribus additi, si missa. frequentent: sacramenta venerentur: malos increpare, & ab ecclesia deicere. Matth. cap. 1. maxime excommunicatos. de quibus, & alijs infra capit. 29. latius differitur: omnesq; defectus in scriptis pro memoria reducantur, cum alijs ecclesiarum, & ministrorum, eorumque vita, & honestate, & seruitio, examinando diligenter, si sacramenta rite, & recte ministrantur, similiter si libri in omni parochia continentur deputari pro baptismo, matrimonio, & de confirmatis, ac de omnibus in parochia existentibus, quorum librorum qualitates, & utilitates. videto infra lib. 1. cap. 3. nu. 24. & postea de vita, & moribus intelligat laicos (probos tamen, & timoratos) & data occasione loci, & temporis, ne publice prodantur, si notoria non sint ipsa vitia, secrete corrigendo, vel in generali reprehendendo, quandoq; increpando verbis duris, plerumque blandiendo. iuxta doctrinã Beati Gregor. in moral. quem refert Grat. 45. distinct. cap. disciplina, non dissimulando peccata populi, si mortale peccatum euitare cupit 43. dist. cap. sit rector. cum ad pænitiã cuncti corrigendi, & docendi sint cap. 1. §. sane de censibus. lib. 6. & eodem singul. 24. est dictum: sic & Christus in visita-



uifitatione templi fecit, transiens per montem Oliuarum ad dandum signum dulcedinis, & notorie peccantes cum funiculis ex tēplo deiecit, vt ostenderet signum rigoris, sic oleum, & vinum infundens misericordiam, & iudicium, verum præponendo misericordiam rigori. 1. q. 7. c. exigunt  
 15 in gl. † Cæterum est animaduertendum, q̄ ipse Rector, Curatus, Parochus, Plebanus, Vicarius, Præpositus aliusve, ne odibilis fiat populo debeat secreto moneri, examinari, & corrigi, non autē dehonestetur in publico. si. n. vitia clericorum laicis manifestarētur, eis odio venirēt, & hoc est verum officij paterni debitum, cum episcopi pastores, non percussores, in subditos dati sint. alleg. fess. 13. de refor. c. 1. 3. q. 5. cap. omnes. vbi patres appellātur. 6. q. 1. c. sacerdotes. fess. 25. eiusd. Conc. de reform. gen. c. 17. Sunt nempe laici clericis in festi. 2. q. 7. c. laici. cum simil. hinc Bern. super cant. serm. 23. discedite prælati subditorum matres vos debere esse, non dominos, studete, q̄ correctio fit paterna nō tyrannica, nisi cum personis incorrigibilibus tractaretur, (q̄ vero dicantur incorrigibiles doc. ponunt in c. at si clerici. & in c. cum nō ab homine, de iudic. Diaz pract. cri. canon. c. 56. & c. 131. & dixit vnum verbum Iulius Clarus magnus doctor, & excellens practicus, lib. 5. recept. sent. §. fin. q. 36. post Boss. suum conuicem de for. compet. nu. 132.) maxime in peccatis carnalibus debēt episcopi valere, quantum possunt, si tñ correctio speretur. Pauli. 1. par. q. 1. nu. 50. quare autem peccata sacerdotum, sint dulciter, & cum mansuetudine corrigenda, & non dura repræhen-

sione, ponit dom. Card. de Tur. Crei in cap. licet plerumq; 40. dist. ex tribus rationibus. & Pet. in sua can. 1. c. 5. recordentur prælati forma gregis esse, non tyrannice dominantes in clerum in fama bona, subditorum cōplacendo, quam in infamia. cap. licet de accusat. dummodo. peccatum ipsius sacerdotis non vergat in periculum fidei, tunc enim esset in faciem resistendum, exemplo Apostoli ad Gal. 2. qui restitit in faciem Petro, quia ibi repræhensibilis erat: refert D. meus domi. Card. Albanus, in suo trac. de potest. Pap. 2. par. nu. 96. (& licet multi senserint non fuisse beatum Petrum Principem Apostolorum, cui Paulus in faciem restitit, sed alium eius nomine, cuius opinionis est beatus Dorotheus in histor. 72. discipulorum, dicens fuisse Petrum vnum, ex 72. Corinthe episcopum, & astipulatur sanct. Hypp. in ead. descr. sed non est ita, quia fuit Petrus ipse: cōcludit August. super epist. ad Gal. 2. vbi notanter inquit. Rarum, & sanctum exemplum posteris reliquisse beatum Petrum, qui acquieuit correctioni Pauli, et q̄ ipse esset maior & Princeps Apostolorum, quia multo maius, mirabilius, & laudabilius est libenter accipere corrigentem, quā audacter corrigere deuiantem. & ibi vide causam, cur Apostolus Petrum arguerit, dom. Card. de Tur. crem. in sum. eccle. lib. 2. cap. 106. & c. 13. in fine, ex mente S. Th. 2. 2. q. 34. ar. 4.) aut si post correctionem nō desistat, sic enim quilibet se indignum reddit quia non pura mēte pœnitet se. de pen. dist. 3. c. inter hæc lo primo uer. Iudas inquit, nā dicitur perleuerare in cōtinuatione actuali, ut dicit bene



Fely. in c. testimoniū. nu. 9. de testib. moderatio enim Dei, ac pietas, solū nostrum redditum quærit, ac nos cupit, (longa bonitate sua) saluari, si nō conuertimur, si duri corde sumus, si in peccatis vsque ad mortem illicite perduramus, assidue peccantium, nō miseretur Deus. c. diaconi sunt. in final. verb. 93. dist. & siue dilectatione peccati, siue desperatione veniē vsq; ad mortem quis in peccato perseueret, iustum est, vt sine fine puniatur, qui sine fine peccauerit c. si sacerdos in fine de pæn. dist. 7. † Verum eo tēpore visitationis, omnes laici conuenire debent, vbi ecclesia est cum populo, nempe dies illa, in qua tractatur de salute gregis debet esse solennis in tota illa parochia, in qua tractatur de salute gregis, tamq; feria repentina, vbi vnusquisq; suæ animæ mederi pōt, quæ præciosior cunctis rebus debet haberi, cap. cum infirmitas de pæn. & remiss. l. sancimus. C. de sacr. sanct. eccle. Inde euitari debet plus perditio vnus animæ, quam mille corporum. cap. si habes. 24. quæst. 3. ideo visitans prælatus quam maxime occurrere debet animarum periculis. in extrauag. Ioan. 22. de elect. c. ex debito pastoralis, ne propter qd apparet bonum momentaneum, perdat bonum æternum: quid prodest homini, si vniuersum mundum lucretur, animæ vero suæ patiatur detrimentum, aut quam dabit homo commutationem pro anima sua. Matth. cap. 16. eccles. cap. 2. Fili in mansuetudine cōserua animam tuā? & Deuter. c. 4. non adhærendo mundo, qui decipit, nec de rebus mundanis naturaliter anima, quæ est spiritualis satiari potest. gl. in extruaga.

execrabilis, de præbend. in princ. lib. 3. † Conueniens igitur populus ad visitationem episcopi debet ab ipso moneri circa Symbolum Apostolorum, & vim sacramentorum, sanctæ Eucharistiæ, & missarum frequentationem, virtutibus præpositis, vitijs detestatis, & mandari debet, vt singulis dieb. dominicis, & festiuis ad ecclesias proprias conueniant, vbi parochi informare in fide habēt omnes, maxime, pueros, & simplices ex decreto, & doctrina Concil. Trident. sess. 24. de reform. gen. cap. 4. in fin. sic etiam circa adorationem imaginum: sess. 25. sub tit. de inuoc. & venerat. infra hoc lib. c. 9. num. 10. cum seq. Vnde mittant parentes suos filios ad parochiales ecclesias iisdem diebus, vt faciliter doceantur fidei rudimenta, & vitam christianam, alias compellat eos episcopus, per censuras ecclesiasticas. eod. cap. 4. §. iisdem, mandando Archipresbyteris, & plebanis, & cæteris curatas ecclesias habentibus saltem dominicis diebus, per se, vel alios idoneos, semper plebem commissam salutaribus verbis instruere, exequendo aliud decretum eiusd. Conc. sess. 5. capit. 2. §. Archipresbyteri quoque, vt infra, lib. 2. cap. 3. num. 10. cum trib. seq. dicetur. Item etiam, & omnes tempore debito recipiant sanctam communionem, missam maxime tempore festiuo cū attētionē audiāt: nam cū ex præcepto teneantur, aliter nō satisfaciunt, de quo Marti. Nauar in suo Manual. lat. c. 21. nu. 6. & hoc cū ecclesia habet populum, & curam ipsius. † Sin vero visitantur ecclesiæ, collegia, capitula, simpliciaque beneficia, in quibus nulla adest cura



ra animarū, præmissis obseruatis extra laicos, benedicit, & absoluit tractās, quæ ad capitularē locū pertinet vt infra 2. lib. de vno quoq; loco dicemus: sed nunc in generali. si ecclesiæ patiuntur defectū, vel monasteria, collegia, & in eis debita obsequia, exerceantur. iuxt. mentē ipsius sacr. Conc. Trid. sess. 21. de reform. c. 8. reuocādo, si quæ ad sunt detrimenta, vt omnino ad cōgruā disciplinā ecclesiasticæ vitæ reducātur. sess. 25. præfat. Conc. de regul. c. 21. fructuosam vitā in collegijs suadēdo, defensionē diuini obsequij, & pauperū commendando, illicita prorsus abijciātur, corrigēdo, & reformādo in spiritualib. & tēporalibus: Vbi enim est multiplex consiliū, ibi est salus, iux. tritum prouerbium. tex. est in c. cū prudentiam. de offic. deleg. & si quæ mala, 19 insurgere cōperint, eradicētur, alias ex vno malo, ad alia faciliter deuenitur incōueniētia. l. ex diuerso. §. 1. ff. de rei vendi. & sic prouidēdo. iux. c. ea quæ de stat. reg. & si, moniales sint clausurā quarūcunq; strictē obseruari faciat, et q̄ sint monasteria exēpta, in hoc Apostolicæ Sedis auctoritate delegata, ex antiqua constitut. Bonif. VIII. incip. periculoso. de stat. mon. lib. 6. & ex decreto innouāte eā Concil. Trid. sess. 25. de regul. & mon. c. 5. & de quibus multa sunt tractāda infra. lib. 2. c. 18. vadēs cū personis probis; & honestis, duobus, vel tribus ex suis, vt dicit Florēt. in 3 tit. 9. c. 6. §. 4. & §. 2. ex clem. attēdentes. §. ipsos autē. de stat. monach. vbi forma visitādi traditur, & do. Petr. eod. c. 3. vel si visitauerit ecclesias rurales, hospitalia, confraternitates laicorū, aliaue pia loca, iux. c. episcopi. sess. 22. de re-

form. in Conc. Trid. quærat de reparatione locorū, vt si ecclesiæ sint collapsæ propter paupertatem. sess. 21. eiusd. Conc. de reform. c. 7. reparentur, si bona conuertantur in vsus destinatos. maxime pauperum iuxt. cle. quia contigit. de relig. domib. c. de xenodochijs. & c. seq. eo. tit. omnium enim curam, & regimen episcopi esse dicimus. c. quidā. 18. q. 2. & ipsorū locorum solum episcopo ratio reddenda est, & vbi aliter ex fundatione vel dotatione est cautū, adhuc adhibeatur vnus per episcopū. eod. c. 8. & seq. & sess. 7. de refor. c. si sess. 25. de refor. c. 8. in quib. iuribus ipsa clem. innouatur. laicos deterrendo ab occupatione bonorū ecclesiæ, & si mali abusus irrepsierint deleant, a benignitate semper incipiēdo, vt amor retrahat primū deuiātes. † Hoc vtique faciat Prælati ex generali decreto ipsius Cōcil. Trid. vt a benignitate sit pcedēdū, & vbi grauitas morbi postulat, ad grauiora remedia deuenire sess. 23. de reform. c. 1. de quo plenius infra suo loco tractabimus, sicut Christus dominus noster misericors, & iustus est. Ber. super Cant. serm. 55. in prin. Nāque misericordia non est sine iudicio, nec iudiciū sine misericordia, vt colligitur succinte de vtroque ex ipso Psalm. 34. incip. Iudica domine nocētes me. vnde Hieron. vide benignū dominū, misericordiā cū seueritate miscētē, & ipsius pœnæ modū iusta, & clemēti deliberatione pensantem. cap. vide. de pœnit. dist. 1. & in extrauag. Bonif. VIII. debent de offic. ordin. ex ea ratione, quia cui inest maior miseria, maior est adhibenda misericordia, sed natura humana, cum nascatur filia iræ, &



ex peccato sit debilis, dicitur ei inef-  
se miseria, ergo misericordia impen-  
dēda est, ideo dicimus quod benigni-  
tas est fructus Spiritus sancti, ex Apo-  
stol. scrib. ad Gal. c. 5. & exponit Flor.  
in 4. tit. 5. c. 21. col. pen. cum tempera-  
mento, vt sicut ne multa asperitate,  
exulcerentur subditi, sic ne nimia be-  
nignitate soluantur. Greg. lib. 2. mo-  
ral. quem refert Grat. 45. dist. c. disci-  
plina, quod fit cum prælatus vtitur  
iudicio rationis, quę est potentia no-  
biliores corporis, quā sensus, siue imagi-  
natio, vel ex amore, & odio, quę per-  
uertunt prælatus vera iudicare vo-  
lentem, aut ex nimia passione animi,  
nec cum ira procedendo: nam, in-  
quit sapiens Cato.

*Impedit ira animum, ne possit dis-  
cernere verum.*

Obstat ira animi iudicio, rationisque  
opera perturbat, & bene Cic. præsen-  
te ira nihil recte fieri potest. & Pl. 26.  
Desine ab ira, & derelinque furorē:  
sed in virtute procedendo, moderan-  
do passionē, cum memoria, quia pa-  
ter ad filios, & medicus ad infirmos  
20 venit. † Non grauando subditos su-  
perfluis personis ad ostentationem,  
& pauperem rectorum, sed honesto,  
& necessario comitatu refrenans do-  
mesticos suos: Notariumq. publicum  
pro scribendis actis secum habeat,  
qui scribat defectus adiacentes, bona  
existentia, præcepto, & reformatio-  
nes domini visitatoris, & circa eius  
salarium, ne visitandi in aliquo gra-  
uantur, cum ad Prælatus pertineat  
& in ceteros obseruare decretum  
Conc. Trid. sess. 21. de refor. c. 1. & vt  
le est, cum semper notarij in exigen-  
do salario metas rationis excedant,  
vt testatur Bonif. VIII. in cap. statu-

tum, §. notarium vero. de refor. lib. 6.  
21 † Est enim adeo fauorabilis hæc vi-  
sitationis materia, vbi de disciplina  
ecclesiastica reformanda, & corre-  
ctione morum agitur, vt per quam-  
cumq. appellationem interpositam  
exequutio non impediatur, ex decre-  
to eiusd. Conc. Trid. sess. 24. de refor.  
gen. c. 10. vers. nec ex his. ex constit.  
Innoc. III. Sum. Pont. de offic. ordin.  
c. irrefragabili, & notab. text. dicunt  
doct. remota quacumq; consuetudi-  
ne, quę contra honestatem non te-  
net. cap. cum decorem. de vit. & hon.  
cler. Abb. eo. c. irrefragabili. in princ.  
quia dicitur inductiua peccati, cum  
honestatem non inducat, sed delicta:  
ideo reiicienda, 4. dist. c. denique. per  
Abb. in c. nam concupiscentiā in fin.  
de const. & quę dicitur corruptela.  
sess. 23. Conc. Trid. de refor. c. 1. §. q.  
si. & sess. 24. de refor. matr. c. 1. §. præ-  
22 terea. † Quę cum vera sint, omnia,  
id tamen est attendendum a quolibet  
episcopo, seu alio visitante, vt episco-  
paliū visitationum scopus præci-  
pius sit, sanam, orthodoxamq. doctri-  
nam expulsis hæresibus inducere,  
bonos mores tueri, prauos corrigere,  
populum cohortationibus, & admo-  
nitionibus ad religionem, pacem, &  
innocentiam accendere, cetera pro-  
ut locus, tempus, & occasio ferent,  
ex visitantium prudētia ad fidelium  
fructum constituere, vt in sacro Cōc.  
Trid. (cuius hæc sunt verba) legitur  
ead. sess. 24. de refor. gen. c. 3. §. visita-  
tionum autem, & §. sane. c. 1. de cens.  
debet nempe prudentiam singularis  
prælati, & pastoris diligenter gregē  
sibi commissum cribrare. 1. ad Timo.  
3. pulchre scribit Phil. Port. conf. 4. n.  
5. lib. 1. curam animarum suscipere,

exe-



exequendo ius diuinum, & humanum, ordinem in omnibus tenens, sine quo nihil fieri debet. 1. ad Corin. 14. ad exemplum ipsius Apostoli, qui (teste Augustin. lib. 1. de præd. sanct.) in suis epistolis nihil quærit, nisi, vt humilietur homo, & exaltetur Deus,

23 † Eius igitur pastoralis officii summa ex Diu. Bern. in epist. 201. consistit in duobus mandatis, docere verbo, & exemplo, addendo tertium, studioq. orationis ad complementum trinæ illius vocationis, & repetitionis euangelicæ de pascendis ouibus. Io. c. 21. pascendo verbo, & exemplo, & apertos fontes aperire, & aquam puram, innoxiamq. sitientibus ouibus ministrare, quod in visitationibus fieri apertum documentum est, vt supra in proæm. est dictum. quemadmodum operosi, vigilis quam pastoris solertia oues suæ custodiæ deputatas curata ferarum præseruare incurfibus, & ad statum prosperum fetu multiplicato producere, ita, & ipse procurare, & extrauag. Sixti IV. c. 4. de pœnit. & remiss. non negligendo, quia circa curam animarum negligentia peccatum mortale inducit, in cap. dictum. 81. dist. gl. in extrau. execrabilis. Ioan. 12. de præb. & digni. vn de videnda sunt quæ dicit Bernar.

24 super cant. serm. 76. cum seq. † Nam pastore equidem bono, nihil in ecclesia melius, nihil præciosius, nihil charius apud homines, inde gl. super Ezech. 28. inquit. debet pastor subtili examine bona, malaque discernere; que, vel quibus, quando, vel qualiter, & studiosius cogitare, nihil proprium

quærerere, sed sua commoda propinquorum bona deputare, &c. & hæc sunt in generali dicta: pro studijs, & præludijs ipsius visitationis, nunc autem ad particularia accedentes, sigillatim de omnibus dicemus. iuxta sententiam Philos. 7. Phil. ex vniuersalibus ad singularia deueniendo, & per doct. in rub. ff. de orig. iur. † Præfationes enim ipsæ libenter auditores ad lectionem propositæ materiæ producunt, & cum eo deuentum fuerit eius euidentiore præstant intellectum, l. 1. ff. de orig. iur. Bath. in 1. cōst. C. immo ex ipsis multum arguimus de materia. Alex. conf. 7. attentis, n. 9. vol. 7. remissive in famil. sing. in l. 1. n. 107. & testatur Afl. in proce. const. regn. vt sic periti viri ordinent professionem, etiam multa variata recensentes, quæ primum fieri debebant ex mutatione, crescentem hominum audacia. † Vt nihil tamen ipsius antiquitatis ignoretur, ex prioribus Concilijs, & regulis; cum nequaquam damnanda sit antiquitas, iuxta verba synod. Trid. sess. 21. de com. sub vtr. spet. c. 4. prout in eisd. famil. sing. dixi in l. A. n. 7. quia præteritorum iucunda est recordatio. Phil. 9. Ethico. c. 4. quid denique nouissime decretum, inferendo, ipsorum episcoporum, & visitantium iudicio relinquentes, que in facto nouerint magis expedire, iuxta quod magnam cuiuslibet in visitando potestatem tribuit eadem synod. Trid. sess. 22. de reform. c. 1. vers. nec appellatio. & sess. 24. de reform. gen. cap. 10. cum simil. vt sup. num. 21. &c.



## DE CVSTODIA SANCTISSIMAE

Eucharistiæ.

## CAP. QVINTVM.

## S V M M A R I V M.

- |   |   |
|---|---|
| <p>1 <b>E</b>ucharistiæ sacramentum est in<br/>stitutum a Christo, &amp; quãdo.</p> <p>2 Episcopus visitans sacramentum<br/>Eucharistiæ qua debet instruere<br/>fideles. nu. 7.</p> <p>3 Eucharistia qualiter custodienda,<br/>&amp; retinenda sit. nu. 5.</p> <p>4 Eucharistiam incaute remittens,<br/>qualiter puniatur.</p> <p>6 Lampas debet semper esse ardens<br/>ante sacramentum Eucharistiæ.</p> <p>8 Eucharistia adoranda est cultu la-<br/>trie.</p> <p>9 Eucharistia ex antiquo conserva-<br/>tur in sacrario; ad infirmos duci-<br/>tur. 10.</p> | <p>11 Decreta de sacramento Eucharistiæ<br/>in Concil. Trid. edita ab omnibus<br/>sunt tenenda.</p> <p>12 Fides initium nostræ salutis, &amp; fun-<br/>damentum.</p> <p>13 Diabolus semper quarit perdere ani-<br/>mas.</p> <p>14 Diabolus, quare inuidet hominibus,<br/>&amp; vititur libero arbitrio, sed ad<br/>malum ibid.</p> <p>15 Diabolus per superbiam, &amp; in-<br/>diam factus pater mendaciæ.</p> <p>16 Eucharistia est spiritalis cibus ani-<br/>marum.</p> <p>17 Ritus sanctæ ecclesiæ ab omnibus<br/>sunt seruandi.</p> |
|---|---|

**S**aluator noster Iesus Christus  
discessurus ex hoc mundo ad  
patrem † sanctissimum sacra-  
mentum Eucharistiæ instituit, in quo  
diuitiis diuini sui erga homines amo-  
ris velut effudit, memoriam faciens  
suorum mirabiliũ, & illius sumptio-  
ne colere nos sui memoriã præcepit:  
suamq. annuntiare mortẽ, donec ip-  
se ad iudicandum mundũ venerit, su-  
mendo hoc sacramentũ tamquã spi-  
ritualem cibum animarum, quo alan-  
tur, & confortentur vita illius, qui di-  
xit, qui manducat me, & ipse viuet p-  
pter me; sũt verba sanctę synod. Trid-  
den. sess. 13. de sanct. Eucharist. sac. 2

c. 2. nobis saluberrimum sacramentũ  
quo maius beneficium optare non  
potuissemus, quam, q̄ Christus Iesus  
domin⁹ noster de Virgine natus, cru-  
ci affixus, & in gloriã assũptus, se no-  
bis totum ita largiatur, vt etiã nunc  
corpus eius, sanguinemq. vere sum-  
mus: illiq. per hoc diuinum sacra-  
mentum prorsus incorporemur, ex Aug-  
de fid. ad Petr. c. 19. per quod a malo  
retrahimur, & in bono confortamur  
& ad virtutum, & gratiarum profici-  
mus incrementa, in quo profecto  
proficimus ipsius corporali præsentia  
saluatoris. clem si dominum in prin.  
de relig. & ven. sanct. † Anteq. igitur  
episcopus



episcopus visitet hoc sacramentū, in quo diligens debet esse sua præscrutatio, hortari cunctos debet, de tam venerabili, & diuino Eucharistiæ sacramento, sinceram illā doctrinam tenere, quā semper catholica ecclesia ab ipso domino Iesu Christo, & eius Apostolis erudita, atq; a Spiritu sancto illi omnem veritatē in dies suggerēte edocta retinuit, & ad finem vsq; sæculi conseruabit. ead. sess. 13. in prin. & sess. 22. de sacrif. miss. cap. 1. pro certo credendum sub speciebus illis, panis & vini veram Iesu Christi domini nostri carnem, ac verum eius sanguinē in Eucharistia exhiberi. namq; ipse dominus affirmavit. Luc. cap. 22. hoc est corpus meum, q̄ pro vobis traditur, & iterum. Io. c. 6. caro mea vere est cibus, & sanguis meus vere est potus. ideo bona dicitur gratia, immo gratia gratiarū, quia ipse dominus Iesus in specie panis indicantis vnitatē c. quia passus. de cōf. dist. 2. adunatio hominis digne sumentis ad Christū, in conc. Flor. de hoc sacr. cap. 1. nihil querendo ex naturæ ordine in hoc Christi corpore, cum præter naturā sit ipse Christus partus ex Virgine. ead. dist. c. in quibus in fine, vnde dicitur ab ecclesia, quod non capis, q̄ non vides, animosa firmat fides, præter rerum ordinem, declarando vnde cum canones super inde editos in ipso sacro Conc. Tri. citata sess. 13. quos reassūmit. Mart. Nauar. in suo manual. c. 22. nu. 70. † Vnde primo est videndū, q̄ ipsa sancta Eucharistia honorifice custodiatur, q̄ locus sit decens, & eminentior ecclesiæ, bene recōdita, tabernaculū sit bene firmū, & clausum ex omni sui parte, vt nec foramen ēt minimū pateat, clauē, custo-

diatur, & qui clauem detinet, sit presbyter, alioquin sufficiens, & Dei timoratus, neque permittatur stare in loco humido, tabernaculū sit honorificum iuxta facultates ecclesiæ, cum veste serica interiori, & exteriori, & cū vase argenteo, & corporali benedicto, ad retinendū ipsum sacramentū cum simili operculo; mutetur saltem quolibet octauo die, & antiqua sumatur, ne aliqua corruptio in ipsis speciebus generetur; † etsi præpositus ipsi sacramento incaute Eucharistiā dimiserit, puniatur iuxta sacros canones, suspensione trium mensium ab officio c. 1. de cust. Euch. c. sane, de celeb. miss. etsi maior fuerit culpa, aut negligentia, maior detur pæna. addēdo, vel diminuendo secundū causam facti. l. quid ergo. §. pæna grauior. ff. de his qui not. infam. & sic arbitraria pæna. c. de causis. de offic. deleg. vnde ad simile propositum de diligentia custodia dicebat Origenes antiquus doctor, quod circa conseruandum corpus eius maxima vtenda est cautela, quia cum ipse sit totum bonum nostrum, sicut verus thesaurus animæ nostræ custodiendus est, qui dixit Math. cap. 6. vbi est thesaurus tuus, ibi est cor tuum. † Et primo prohibeatur expræsse ne in tabernaculo sanctæ Eucharistiæ, penitus aliud detineatur, nec alia sacramenta, quæ alio honesto loco retinenda sunt, aduertēdo, quod multi superstitiosi tenēt pecunias secretas, candelas oblationū, & forsā inhonesta tractātes, cū cartis, & characterib⁹, vnde imponat pæna grauissima, ēt excommunicationis lat. sent. nāq; præsentia saluatoris non debet prophanari suppelleculibus, & immūditij. vbi Angeli seruiunt,



uit, & maiestas diuina adoratur. Ps.  
 137. in conspectu Angelorum psallā  
 tibi, adorabo ad templum sanctum  
 tuum, & confitebor nomini tuo. Exo.  
 c. 3. Terribilis est locus, vbi Deo san-  
 ctificat, & ibi Dñs ad Moysem, locus  
 in quo stas terra sancta est, solue cal-  
 ciamentum de pedibus tuis. † Perpe-  
 tuoq. caueatur, vt lampas ante san-  
 ctam Eucharistiā semper ardeat, & in  
 nocte, dieq. propter reuerentiā san-  
 ctiss. Sacramēti, & vt ingredientes ec-  
 clēsiā sciant vbi primum adorare,  
 debeant prēsentiā saluatoris nostri  
 cum cautela etiam, vt diligens inqui-  
 sitio adhibeatur, ne in lampadibus ip-  
 sis quid curiosum misceatur, vt expe-  
 rientia vidimus. de quo aduertēdum,  
 ne per incuriam aliorum, diuina in-  
 dignatio grauius exardescat. c. sane  
 de celebr. Mis. sed oēs genibus flexis  
 adorent sanctiss. sacramentum, cum  
 deuotis orationibus iux. sacros cano-  
 nes, & constit. Pij V. Pont. Max. inc.  
 cum primum 1566. pontif. i. §. Vt igitur  
 ad imitationem Urbani iv. qui  
 in sua const. clem. i. de reliq. emen.  
 sanct. multa disponit, & inter alia in-  
 quit: vt quia per mortem homo cor-  
 ruerat, & per cibum ipse releuaretur  
 ad vitam, cecidit homo per cibum  
 ligni mortiferum, releuatus est homo  
 per cibum ligni vitalis, & quod sequi-  
 tur ideo adorando fideles tam admi-  
 rādū sacramētū, recolunt beneficiū,  
 plerumq. quia cuius donum, vel mu-  
 nus frequentius aspicitur, huius me-  
 moria strictius retinetur. vers. huius  
 7 memorialis. † Instruendus est clerus,  
 & ipse populus in hoc sacramento  
 non esse alterationē corporis Christi,  
 sed accidentium panis conuertitur  
 in corpus Christi. de cons. dist. 2. c. pa-

nis per consecrationem enim panis,  
 & vini fit conuersio totius substan-  
 tiæ panis in substantiā corporis domi-  
 ni nostri, & totius substantiæ vini in  
 substantiam eius sanguinis, sic confes-  
 sa fuit semper sãcta ecclesia, ead. sess.  
 13. c. 4. vt anathema iudicetur, qui  
 dixerit in ipsis accidentibus remane-  
 re substantiam panis, & vini. ibidem  
 can. 2. & infra lib. 6. de sacram. latius  
 dicemus: neq. ibi posse causari altera-  
 tionem corporis Christi, sed acciden-  
 tiū, nãq. sanctissima humanitas Chri-  
 sti diuinitati vnita, corrumpi nõ pōt.  
 Pl. 15. non dabis sanctum tuum vide-  
 re corruptionem: & dixit not. Arch.  
 in c. quia corpus. de consecr. dist. 2.  
 quem vide. q̄ gratia fuit data corpo-  
 ris Christi, vt non posset in morte deti-  
 neri, aut corruptioni subiaccere, vnde  
 si forte corruptio aliquãdo apparet,  
 est in accidentibus, nõ in humanitate  
 Christi, q̄ Domini mei episcopi attē-  
 dere debent, ne errores nascantur in  
 mentes fideiū, & corrigere defectus,  
 si qui sunt: † & quod ab omnibus hoc  
 8 admirabile sacramentum Eucharistię  
 adoretur cultu latriæ, cum eundem  
 Deum ibi præsente esse, omnes cre-  
 dere debent, quem Magi prociden-  
 tes, & Apostoli in Galilea adoraue-  
 rūt. ead. sess. 13 c. 5. etiã cultu externo  
 & publice adorādum. can. 6. eod. loc.  
 adducto, si quis dixerit in sancto Eu-  
 charistiæ sacramento Christum vni-  
 genitum Dei filium non esse cultu la-  
 trię, etiam externo adorandum, atq.  
 ideo nec festiuã peculiari celebritate  
 venerandum, neq. in processionibus:  
 secundum laudabilem, & vniuersa-  
 lē ecclesiæ sanctæ ritum, & consuetu-  
 dinem solemniter circumgestandum  
 vel nõ publice, vt adoretur a populo  
 propo-



proponendum, & eius adoratores esse idolatras anathema sit. Psal. nu. 69. dicit, & adorent eum omnes Angeli eius, & q̄ eius sumptio est duplex sacramentalis, & spiritualis. sic S. Tho. 3. par. quæst. 30. hortando omnes, vt vtroque modo, & sacramentaliter & spiritualiter Christum sumant. Vnde docendi sunt de fructibus tanti sacramenti: de quibus infra. † Sanctissimeque ex antiqua consuetudine ipsam Eucharistiam in sacrario asseruari sancta ecclesia morem retinuit iux. constitutionem. Inno. III. in Cōc. Gen. de eut. Euch. cap. 1. & ead. sess. 13. c. 6. & can. 3. Si quis dixerit non licere sacram Eucharistiam in sacrario asseruari, sed statim post consecrationem, astantibus necessario destrubendā anathema sit: sic igitur doceatur plebs, cum in Missa eleuat hostia salutaris. vel alijs ministratur, aut cōseruatur, flexis genibus se inclinet. de celeb. miss. c. sane. §. sacerdos. vbi transgressores puniri debent a praelatis, & dura repræhensione dignisūt, qui in eleuatione corporis Christi, moniti, vt genuflectāt, parietibus, & colūnis. adhærent. † Maxima itē pietate simulq; sanctitate institutū est, ipsam Eucharistiam ad infirmos honorifice duci. eod. c. 6. & can. 7. si quis dixerit nō licere, vt Eucharistia ad infirmos honorifice deferatur. anathema sit & eod. cap. sane. vbi instruitur presbyter eam deferre habitu decetū, supposito mundo velamine, & cū superpellicio, lumine precedente, cū omni reuerētia, & honore. vultu dimisso ante pectus, similiter cum vase argenteo, vel saltem in calice, velo serico cooperto, non tñ in vase vitreo, deferanturq; duæ particule, vt in regressu

adoretur ab omnibus, cū pallio honesto, præcedente tintinnabulo. vt cuncti genuflectant. Gul. in ration. lib. 4. cap. 41. nu. 53. & si ex copia infirmorum ( vt nunc est ) omnes particule ministratæ fuerint, vt nulla remanserint, redeat sine sollemnitate, & veste, ne populus ex ignorantia adoret tabernaculum eod. c. sane. vbi Abb. not. eamq; deferat non alius nisi sacerdos de consecr. dist. 2. cap. peruenit. vel stante necessitate, aut sacerdotis absentia diaconus 93. dist. c. præfente. optimumq; esset, vbi fieri potest introduci societatem corporis Christi, & interim ad sit semper clericus, qui cum ipso sacerdote ministrante orationes, & p̄ces recitet, nec examinari prætermittat, quæ cæremoniæ, quiritus, quæve preces obseruent circa infirmum, ad hoc, vt omne vanū, & curiosum tollatur. † Itē vt omnes credant de hoc sanctissimo sacramēto diffinita a sancta ecclesia in Cōc. Trid. sess. 13. per vndecim canones. vt bene explicat. Nauar. in man. cap. 22. n. 10. vers. circa materiam. contra quæ diffinita, si quis contrarium docere, prædicare, vel pertinaciter asserere, seu ēt publice disputando defendere præsumpserint. anathema iudicatur. ibi. can. 1. in fi. Cū enim in Concilijs generalibus auctoritate Romani Pōtificis in diētis, veritas est manifestata non debēt homines nisi amplecti, & credere, sicuti de quatuor principalibus Concilijs dicimus ad instar quatuor euāgeliorū c. sicut 15. dist. idq. cauedum est, quā primum, ne circa hoc sanctissimum sacramētū, & reliqua fideles aliquo modo vacillēt, sed fide adhereāt Deo, a quo per fidē, & gratiā, habetur cognitio veritatis, & ordo



do dilectionis, cum natura fides sit primus habitus virtutū, vt dicunt omnes theologi, & infra dicemus suo loco. **12** co. † ipsa est enim initium, & fundamentum nostræ salutis humanæ, radixq; omnis iustificationis, vt in decreto eiusd. Conc. Trid. legitur. sess. 6 de iustif. cap. 8. sicuti latius dixi in fam. sing. in l. fi. nu. 8. & ad hoc de Eu charistia. dicit can. num. 10. fides hoc postulat, ne de his, quæ diximus, alijs que similibus ad hoc mysterium pertinentibus, quidq; dubites? id fiet, si simpliciter in fide, atque sententia ecclesie, vt est sane necessariū per omnia acquiescas: cum firmiter sit credendum, fidei numquam posse subesse falsum. S. Tho. 2. 2. qu. 1. ar. 3. dixit enim veritas. Luc. c. 21. cœlum, & terra transibunt, verba autem mea non transibunt, vt sic dubitare numquam liceat an vera sint: de quo ponunt doct. in c. dubius. de hæ. Mar. Nau. c. 11. sui man. n. 8. cum alijs infra **13** cēdis. † Sitq; diligens episcopus in su prædictis extirpare zizanas, & spinas quas diabolus in ecclesia Dei superseminare studet. 1. Pet. c. 5. ses. 14. eiusd. Conc. de sacr. extre. vnct. in prin. & c. 2. vbi dicit, q; diabolus per omnē vitam captat occasiones, vt quomodo possit deuorare animas nostras, calca neoq; insidians. supra c. 3. post. n. 9. & Matth. cap. 13. cum dormirent homines, venit inimicus eius, & super seminavit zizania, in medio tritici, & abiit fortius oppugnans Religiosos, qui habent curam aliorū, vt per ruinam vnus, qui præest, fiat omnibus scādalum, & impediatur fides per cōuersationem pessimam clericorū, vt dicit **14** Orig. super Ezech. homil. 7. † nā inuidet q; homo creatus de limo ter-

ra, teneat charitatem, quam ipse tenere nequiuit (quia noluit) Abb. in c. 1. in princ. de sum. Tri. vbi q; vtitur libero arbitrio ad malum, & tentat illos (præcipue in hoc sacramento) quos reputat meliores. archid. in c. nerui testi. 13. dist. bonū semper vertens in malum. Nosq; fideles baptismo sancto insignitos durius opprimat, dolens a suis faucibus ereptos, & quærens omni via rursus, in suā potestatem redigere. scribit do. Card. Hosi. de sacr. matri. cap. 55. in princ. & de sacr. confirm. c. 38. † sic igitur per superbiam, & inuidiam factus est pater mendacij. Alph. Aluar. in suo spec. cap. 78. & eius imperium dicit rex. Conc. Trid. ses. 5. in prin. de pecc. orig. §. si quis non confitetur, ibi, qui mortis deinde habuit imperium, hoc est diaboli, & conatur semper amorem redemptoris nostri ex cordibus fidelium expellere. idem, dom. Card. Hosi. lib. 4. de tradit. fol. 443. Vnde legimus Basilium magnum dicere. Diabolum bis nobis contrarium, & cum ab initio eiecit, & cum reditum nostrum contendit turbare, ex inuidia, quæ proprie est ipsius vitium, cū peccatores confisi de misericordia omnipotentis Dei recurrunt ex corde ad penitentiā, quæ est secūda tabula post naufragium. c. secunda de pæn. dist. 1. quæ tanto fortius displicet diabolo, quanto spem conceperat possidēdi, † hæc deniq; prouideat episcopus vt omnes tam venerandum sacramentum, quod est spiritualis cibus animarum, quo alantur, & confortentur viuētes. vita illius, qui dixit, qui māducat me, & ipse viuet ppter me gratia augeat, iux. Conc. Flo. & omnē effectū quē materialis cibus, & potus quoad vitam



vitam agunt corporale, hoc idē quo ad vitā spirituale, & hoc sacramentū operatur, frequentent, & adorent, debitaq. reuerentia custodiant, & retineant, iuxta sacrosanctæ ecclesie, cę 17 remonias, & ritus. † Quos ritus si quis contempserit, aut pro libito omitti, sine peccato a ministris, aut in nouos alios permutari posse dixerit, anathema sit. & iudicandus est. & diffinitū

ex eod. Conc. sess. 7. de sacram. ingen. can. 13. quis nesciat inquit Innocen. in cap. fin. 11. dist. aut non aduertat, id quod a Principe Apostolorum Petro Romanæ ecclesie traditum est, ac nunc vsque custoditur, ab omnibus debere seruari, quia omnes, qui sacris mancipantur ordinibus, canonicis regulis tenentur astricti. cap. quamquam. 23. dist. &c.

DE CRISMATE, ALIISQVE SACRAMENTIS,  
eorum retentione, & visitatione.

C A P. S E X T V M .

S V M M A R I V M .

- |  |  |
|--|--|
| <p>1 <b>E</b>ucharistia excellentia ex quibus cognoscatur.</p> <p>2 Crisma singulis annis, est conficiendum.</p> <p>3 Crisma ex quo conficitur, quid significat, &amp; ad quid.</p> <p>4 Oleum cathecumenorum quibus vsibus appropriatum sit.</p> <p>5 Clodoueus Primus Rex Francia oleo calitus dimissio fuit unctus.</p> <p>6 Oleo infirmorum quando utatur sancta ecclesia.</p> <p>7 Oleum esse consecratum an sit de essentia sacramenti.</p> <p>8 Sacramenta an omnia sint necessaria homini accipere, aut aliqua voluntaria.</p> | <p>9 Oleis consecratis virtus additur.</p> <p>10 Oleum non consecratum, si addatur consecrato, an consecretur.</p> <p>11 Crisma potest confici tempore interdicti.</p> <p>12 Episcopus in quibus debet aduertere circa visitationem horum sacramentorum. nu. 14. Utens veteri oleo grauissime peccat. eo. num.</p> <p>13 Sacerdos recipiens pretium pro concessione crismatis grauiter peccat.</p> <p>15 Sacrilegi in crismate, &amp; in alijs solent nefaria committere.</p> <p>16 Sacramentorum abusus est grauissimum peccatum.</p> |
|--|--|

1 **S**anctissimæ Eucharistiæ excellentia, † ex eo magis ab alijs sacramētis dignoscitur, nā licet alia sacramēta sanctificandi habeant vim, tūc tamen quādo

quis illis utitur, at in ipsa Eucharistia ipse Christus sanctitatis auctor, ante ipsius vsū est. memor. sess. 13. Cōcil. Trid. de sac. cap. 3. incontinenti cum sacerdos illa verba protulerit.  
hoc



hoc est enim corpus meum. cui dominus subiūxit, hoc facite in meā cōmemorationē. Luca. 22. ad q̄ demonstrādum idē dicit Vrbanus III. Alia nāq. quorū memoriā agimus, spiritu, mēteq. cōplectimur, sed nō propter, hoc realē eorum præsentiā obtinemus. In hac vero sacramentali Christi commemoratione Iesus Christus sub alia quidē forma, in propria vero substantia est nobiscum. clem vni ca. de rel. & ven. sanct. Ideo in tractādo de ipsa in vno loco tātum dici volumus, vi separatim ad alia deueniretur. quod & ipsa practica visitandi cōfirmari cōpertum est: quamuis Sum. Pont. sub. vno titulo de omnibus dixerit. lib. 3. decret. tit. 14. quare de crismate. alijsq. sacramentis, oleo scilicet cathecumenorum, item oleo infirmorum dicere hic restat, qua ratione retineātur, quēve attendenda sint, sed primo aliqua de ipsorum institutione, significationeq. iuxta solitū dicamus. † Idq. ante omnia memoria reducendum est. q̄ scribit Fabianus Papa, (qui fuit 19. a beato Petro. an. domini. 242.) episcopis orientalibus in secunda epistola. repræhēdēs ipsos nō conficientes crisma singulis annis: errant, qui talia excogitant, & mente vesana potius quam recta sentientes hæc dicunt. In illa enim die dominus Iesus. postquam cænauit cum discipulis suis & lauit pedes eorum (sicut a sanctis Apostolis, prædecessores nostri acceperunt, & nobis reliquerunt) crisma cōficere docuit, ipsa enim lauatio pedū nostrū significat baptismū, quando sancti crismatis vnctione perficitur, & confirmatur. sicut igitur ipsius diei sollempnitas per singulos annos est celebran-

da, ita ipsius sancti crismatis cōfectio per singulos annos est agenda, & de anno in annum renouanda, & vetus crisma in sanctis ecclesiis cremandū, ista a sanctis Apostolis, & successoribus eorū accepimus, & vobis tenenda mādamus: hæc sancta Romana ecclesia, & Anthiocena a tēpore Apostolorū custodit, hæc Hierosolimorū & Ephesianorū tenet, in quib. Apostoli præsidentes docuerūt, & vetus crisma incēdi, & nō amplius, quā vno anno vi permiserunt, meminit. Grat. in c. omni tēpore de consē. dist. 4. & dist. 3. c. in litteris vestris. nec sine dicto crismate ad baptismū ingredi licet. c. nullus presbyterorum. ead. dist. † est autē crisma tāquā aliis principalis, quod fit ex oleo designante nitorē cōscientiæ, & balsamo, per q̄ odor bonæ famæ denotatur. c. 1. de sacr. vnct. extrem. Psalm. 44. Propterea vnxit te Deus, Deus tuus oleo lætitiæ præ consortibus tuis, ex natura olei, & proprietate, cum ardens illuminet, & medicans sanat, & aquis infusum, perspicuas eas reddit, sic, & gratia Spiritus sancti, quæ flamma charitatis, & splendore sapientiæ, animas illuminat sua clementia, per veniam peccatorum, vulnera sanat, & admixtione virtutis suæ aquas baptismi ad effugandas peccatorum tenebras veraciter illustrat. Gul. in ratione. lib. 1. c. 7. quod balsamū ad id deputatum episcopi de facultatibus ecclesiæ suæ, emere debēt. c. statui-mus. 1. q. postea certis precibus, cæremoniisq. distinctis conficiendum, prout in Pontif. par. 2. adnotatum est, ex eoque crismate postea benedicuntur fontes baptismales, calices, patenæ, consecrantur ecclesiæ altaria,



- fla, pueri in fronte, episcopi in capite, in manibus. eod. c. est expressum.
- 4 Aliud est oleū cathecumenorum. † Quo pueri baptizādi vnguntur in pectore, scapulis, manusq. presbyterorū cū ad sacerdotiū promouentur, q̄ ēt seruit ante consecrationē ecclesiæ, vel altaris. In pectore enim cū inuocatione sanctæ trinitatis, vt nihil mali latētis inimici, in eo remaneat, sed mēs eius confortetur in fide sanctæ Trinitatis, & in scapulis, vt vndiq. muniatur, & roboret per Dei gloriā ad bona opera faciēda, & ipsum oleū cathecumenorū habens particulare benedictionē, vt dicit Gul. lib. 6. c. 74. n. 21. in suo ration. & seruiens ad purificationem, & tutelā, & quo Reges, & Principes in sinu; & humero vnguntur, idq; ex antiquo receptum est. †
- 5 Vnde legimus de Clodoueo primo Rege Franciæ in eius sacratione, cū præfatū oleum de effet siue incuria ministrorū, siue alia ex causa, de cœlo phiala, seu ampulla olei per colūbā ad manus Remigij Pontificis allata est, quo ipse Clodoueus est vnctus cæterique Reges Franciæ sacrātur, vt refert Gul. bened. in sua longa repetitio. c. Raynutius, in verb. duas habēs, nu. 80. prima parte, fol. 17. detesta. & Cassan in sua glor. 5. parte, confid. 31. fuerat enim ipse Rex ex precibus continuis vxoris, & ex miraculosa victoria in Alemanos consequuta ad fidem Christi conuersus, inuocauerat Deum pro victoria habenda, promittens se ad fidem reuerfurū, nūquā enim Deus deest inuocātibus se, cū sit fidelis ad omnes, Psal. 110. & facit voluntatem timentium se. Psal. 144. & Iosue, cap. decimo, obediente domino voluntati homi-
- 6 num. † Est, & tertium oleum infirmorum, quo in mortis articulo, & periculo, sancta Ecclesia infirmis constitutis vtitur, quod alio nomine vnctio extrema dicitur, ex ipsa ratione, quia omnium sacrarum vnctionum, quas Christus suæ ecclesiæ commendauit, vltima administranda sit, ex quo, & sacramentum vnctionis infirmorum, & sacramentum exeuntium maiores nostri dixerunt: vt in catechismo nouo Iussu Pij Quinti Pontif. Max. declaratum est, fol. 341. Iuxta Concil. Florent. producens sanitate mentis, & in quantum expedit, etiam ipsius corporis. Vnde Guilielm. eodem cap. 75. num. 5. sicut mors hominis destruxit mortis auctorem, sic gratia quæ per vnctionem morienti confertur, destruit peccata, quæ sunt causa mortis, quia per vnum hominem peccatum in mundum intrauit, & per peccatum mors ad Roman. capit. quinto, de quo sacramento. Iacob. Apostol. in sua cano. capitulo quinto, inde dicit Augustin. sermo. 215. de temp. quoties aliqua infirmitas superuenit, corpus, & sanguinem Christi, ille qui ægrotat accipiat, & inde corpusculum suum vngat vt illud quod scriptum est compleatur, in eodem, dictum scilicet ipsius Apostol. Iacob. cap. 5. † An autem de essentia horum sacramentorum, requiratur oleum esse consecratum ab episcopo, & dicitur quod sic ex vniuersali vsu ecclesiæ. eodem cap. primo. Dominic. Sot in 4. distinct. vigesimatertia. quæst. prima. artic. 3. cap. illud. 95. distinct. vbi ad solum episcopum, in cap. si iubet. 26. quæstio. sexta, & capit. vbi presbyter numquam

D

crisma



crisma conficiat, & exinde nascitur apud aliquos dubium, si possit conficere simplex sacerdos ex commissione Papæ, contra alleg. text. itē domini. *Sot. eod. lib. dist. 7. quæst. 1. art. 11.* ex multis concludit, quod sic, scilicet de administrando crismate in fronte, ergo, & de conficiendo, ut in fra de sacra. confirm. dicam. Idq. conficiēs episcopus caueat, ne aliquid accipiat. *c. statuimus. 1. quæst. 1. remouēdo abusionem presbyterorū portādi aliquid, cū accipiūt ea sacramenta, ut in multis opus est reformari.* † De primo igitur redditur ratio. Nāque sacramentorum, licet omnia sint necessaria ad salutē in ecclesia Dei; tamē quo ad nos ad accipiēda illa, quædā voluntatis, quædam omnino necessitatis, de quibus est tex. in *c. veniēs, de transact. notata gl. eiusd. cap. Abb. in c. quanto. nu. 4. de cōsuet. gl. in c. remissionem, 1. quæst. 1. & cap. si iustus ead. quæstio. in necessarijs requiritur sanctificatio ad sollemnitatem, non autem ad necessitatem, sicuti de baptismo, quem aliquando in casibus necessitatis in aqua pura administramus: sed in his quæ sunt perfectiōnis requiritur sanctificatio materiæ ad sollemnitatē, & necessitatē, ut in crismate, & in alijs oleis prædictis consecrandis. *Athen. lib. 4. de sacra. confirm. ar. 3. vnde dixit Inn. in eod. c. 1. de sacra. vnctio. q̄ qui fuit vnctus simplici oleo iterum sancto crismate. liniatur.* † Ex quibus oleis consecratis maxima prouenit virtus, & vis cum ex eorū vnctione multos legatur sanatos ab Apostolis. *Marc. c. 6. dom. Card. Hof. de sac. extrem. unct. cap. 49. fol. 274. nā si primo, quam verbo proferantur non sunt**

sacramenta, accedat verbum ad elementū, & sic fit sacramentū. dicit August. de sacra. baptis. in *c. detrahe verbū. 1. q. 1.* sunt etenim verba necessaria. in *c. sic autem. in glos. ead. caus. etq. quia in verbo aliud est sonus trāsiens, aliud virtus manēs, de ipsis plura leguntur in Cōcil. Flor. sub tit. de sacra. nou. leg. vbi effectus cuiuslibet sacramenti narratur, per Gul. citato *c. 74. & in Conc. Tri. less. 7. in proæ. per sacramenta omnis vera iustitia, vel incipit, vel cœpta augetur, vel ammissa reparat. † Quibus cōsecratis si aliud oleū non consecratū addatur, omne fit consecratū. arg. *c. q̄ in dubijs. de cōsecr. eccl. vel alt. quia liquores mixtione cōfundunt. Abb. in eod. c. & est cōmunis opinio, sicut de aqua benedicta dicimus, cui si addatur non benedicta, vtraq; remanet benedicta, per eundē tex. *c. quod in dubijs. sum. in verb. aqua. non tamen de vino addito sacramento altaris. c. cum Marthæ. §. quæsiuisti. vers. præterea. de celeb. Miss. vbi omnes not. & S. Thom. 3. par. q. 77. art. 8. syl. in. verb. aqua. nu. 3. Abb. in præalleg. *c. quod in dubijs, quia differt inter consecrationē, & sanctificationē. Gul. in ration. lib. 6. c. 75. num. 12. rationem assignat. † Nec horum sacramentorū confectionem in die Cœnæ Domini impedit generale interdictum, nam cum, & eo tempore uti possimus, fortius videtur permissum confici. cap. quoniam, de sent. excom. lib. 6. licet non pulsatis campanis, & alta voce, ut doct. ibidem dicūt. Hosti. in cap. permittimus, eod. titu. Abb. in cap. quod in te. de pœnitent. & remis. quamuis non omnibus postea vtamur, nam, & oleum infirmorum non*****



ministratur. Couar. in cap. alma mater 2. p. §. 2. & 3. de sent. excom. lib. 6. infra lib. 2. c. 32. nu. 3. de eodem est  
 12 verbum repositum. † In his igitur visitandis, id principaliter examinet episcopus, si sacerdos aliquis (extra casum necessitatis) de veteri oleo uti ausus fuerit, nam pro tantæ temeritatis ausu, in sui ipsius damnationis profert sententiam. de conf. dist. 4. cap. si quis de alio gl. in c. quoniam, de sent. excom. lib. 6. quia venit contra antiquissimam constitutionem ecclesiæ. supr. nu. 2. is enim dicitur casus, necessitatis, quando imminet mors, sic dicit tex. eiusd. cap. si quis ibi, nisi præ-  
 13 occupante morte. † Vel si prætio ali-  
 cui concesserit grauissime puniatur. c. si quis. 1. q. 3. c. placuit. cum c. seq. ead. caus. q. 1. sed quisq. a proprio episcopo accipiat per se, aut alium eiusdem ordinis, non per minorem clericum. cap. presbyteri. de conf. dist. 4. quod facit contra parochos hodiernos, qui ad accipiendum raro misent aliū sacerdotē, sed clericū et primē tōsuræ, quod aduertendum est, detestando quorundam sacristarum abusum, qui Archipresbyteris, plebanis, cæterisq. de prouincia, seu diocesi ad ipsorum petitionem accedētibz, non aliter, nisi ouis, aut pecunia, aut etiam oleis acceptis concedant: quod, & vtrumq. in priori, & post modum in hac ecclesia reformari duxi-  
 14 mus. † Atque adnotetur in quibus va-  
 sibus asseruentur, q̄ sint argentea, vbi facultates ecclesiæ suppetunt, vel saltem stannea, bene cooperta, & cum inscriptione sua de oleo, quod in vnoquoq. vasculo continetur, ne in administratione confusio eueniat, errorq. succedat vnum pro alio admi-

nistrando, in loco honesto, & decenti recondantur, non tamen in tabernaculo sanctissimæ Eucharistiæ, vbi nihil præter ipsam stare debet, nec patiatur eadem tria vasa stare vnita, sed vas olei infirmorum omnino separatum ab alijs. potest tamen ferri, quod in multis seruatur ecclesijs, vasa crismatis, & olei cathecumenorum esse iuncta cum bombici, mixtim cū oleo quæ tamen retineantur debita sollemnitate, omni macula purgata, & sub clauibus fideliter custodiatur, præpositūq. bonæ esse opinionis, ne quid sordidum, & indecens succedit alias grauiter puniatur, c. 1. de custod. Euch. † Et ibidem Abb. in prin. dicit esse vigilandum ne cum istis sacramentis sacrilegi aliqua nefanda præsumant exercere. quos, sæpe punitos miraculose visum est, recitat lo. And. in rub. de celeb. Miss. Paul. Grill. in suo tract. de sortileg. & experientia vidimus in multis, quorū facta melius est tacere, sed pæna alios deterret, quæ exinde esse debet publica, cū publice scandalū ortū est, insurgat prælatus cōtra hos nepharios homines. Nam Balthasar Rex Babylonie nocte interfectus est propter prophana-  
 15 tionē vasuū apportatorū a tēplo Hierusalem c. vestimenta cum gl. de consec. dist. 1. quia pro talibus præsumptionibus dominus iratus plagas mittit, populo suo, in c. in sancta Apostolica ead. di. † Nempe horū sacramentorū abusus grauissimum est peccatum. Abb. in capitulo 2. & per tot de sortil. & si inuocatio demonū ad ea, quæ ad ipsos minime pertinent interueniat, hæresis crimen incurritur, plene not. Grill. eod. trac. quæst. 10. nu. 15. idque summopere curandum est,



cum aliqui simplices sacerdotes, a quibusdam, vetulis maxime multis persuasionibus ducantur, vel aliquid olei consecrati, sub specie boni committendi concedant, vel etiã ipsi aliquas preces nepharias admisceant, vt eod. not. tract. in fin. per quat. vlt. qq. differitur ideo bonum est in hoc casu addere pœnam excommunicationis latæ sententiæ, ne ad alium vsum præter inductum a sancta ecclesia, quis eis vtatur, & cum quid euene-

rit, seuerissime in eum inuehat, & vt alij terrore commoti a similibus etiam in cogitatu arceantur: & hic est vbique vnus de casibus episcopo reseruatis, ordinando insuper, quod ipsa vasa sint benedicta ab episcopo, vt in Pont. fol. 164. & cum ad baptismi fontem deferuntur, sit sacerdos cum superpellicio, & stola indutus, ut reuerentiam in omni actu exerceat, sicut infra de ipsis exercendis expressius dicemus.

DE FONTIBVS

Baptismalibus.

CAP. SEPTIMUM.

S V M M A R I V M.

- |    |   |    |  |
|----|---|----|--|
| 1  | <b>B</b> aptismus est necessarius ad salutem.                                 | 12 | Pueri sunt cito baptizandi, vbi multa de ipsis notantur.                       |
| 2  | Baptismus duo requirit.   | 13 | Circumcisio fuit figura baptismi.  |
| 3  | Aqua circa quatuor solet benedici.  | 14 | Ioannes Baptista, quomodo dicebatur baptizare.                                 |
| 4  | Aqua fontis baptismalis consecratur oleo vntionis.                            | 15 | Baptismus Ioannis an fuerit necessarius, & in quo differat à baptismo Christi. |
| 5  | Aqua fontis baptismalis non est sacramentum, in quo admonetur populus, nu. 6. | 16 | Fontes baptismales quales esse debent.   |
| 7  | Aqua que dicatur sanare.  |    | Fons baptismi tenendus est in omni ecclesia curata, nu. eod.                   |
| 8  | Aqua dicitur causa instrumentalis nostræ regenerationis.                      | 17 | Compatres quot possint esse in baptismo.                                       |
| 9  | Baptismus conuenienter fuit institutus in aqua, & quare.                      | 18 | Liber baptizandorum debet confici, & qualiter.                                 |
| 10 | Sacerdos non debet baptizare nisi ex aqua benedicta.                          | 19 | Cognatio, que contrabatur in baptismo.   |
| 11 | Laicus an possit baptizare in aqua sanctificata.                              |    |  |

1 **B**APTISMVS Ianua omnium sacramentorum. † Necessarius ad salutem, sess. 7. in Conc. Trident. de baptism.

cano. 5. cap. maiores, eod. tit. nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu sancto non potest introire in regnum cælorum, Ioan. 3. hoc est insignitus cara-



caractere sancti baptismi, mereatur  
 ingredi celestem aulam, quæ sancta  
 sanctorum dicitur: firmissime tene, &  
 nullatenus dubites, omnem hominẽ,  
 qui per concubitum viri, & mulieris  
 concipitur, cum originali peccato na  
 sci, impietati subditum, mortiq. subie  
 ctum, & ob hoc naturaliter iræ nasci  
 filium, de qua dicit Apost. eramus e  
 nim natura filii iræ, sicut, & ceteri, a  
 qua ira nullus liberabitur, nisi per fi  
 dem mediatoris hominis Iesu Christi  
 c. 3. de consec. dist. 4. & sunt verba  
 August. & in c. cathecumenum. ead.  
 dist. quãuis aliter bonis operibus de  
 functum vitam habere nõ credimus.  
 vnd. Mar. c. 16. qui crediderit, & ba  
 ptizatus fuerit saluus erit: quia cũctis  
 hominibus baptismus necessarius ad  
 salutem, inde sancta ecclesia. ead. sel.  
 7. can. 5. si quis dixerit baptismum li  
 berum esse, non necessarium ad salu  
 tem anathema sit. † Nec misterium  
 2 deest, cum duo sint necessaria ad ba  
 ptismum, aqua, & verbum, ex quibus  
 fit sacramentum, c. si. de baptis. fit sa  
 cramentum, cum verbum accedit ad  
 elementum, si detrahis verbum, non  
 erit sacramentum. i. q. 1. c. detrahe. vbi  
 subdit August. vnde ista tanta virtus  
 aquæ, vt corpus tangat, & cor abluat  
 nisi faciente verbo, aliud est sonus  
 transiens, aliud virtus manens qui. n.  
 sine inuocatione trinitatis merus fue  
 rit, sacramentum regenerationis non  
 habet. c. in synodo. de consec. dist. 4.  
 renascitur homo ex aqua visibili, sa  
 cramento, & spiritu inuisibili. ead. dist.  
 in prin. necessarium est visibile sacra  
 mentum aquæ ad abluionem visibi  
 lis corporis, sicut necessaria est doctri  
 na inuisibilis fidei, ad sanctificationẽ  
 3 inuisibilis animæ. † Aqua enim ex

quatuor solet benedici. Gul. in ra  
 tion. lib. 4. c. 4. circa fi. circa purgatio  
 nem, & non est in vsu, in dedicatio  
 ne ecclesiæ, & altaris, & ab episcopo  
 tantum. Tertio quia in ecclesia asper  
 gimur, quæ sale miscetur, quia per  
 aquam confessio, ex sale amaritudo  
 denotatur, ex aqua populus asperlus  
 sanctificatur, de conf. dist. 3. c. aquam  
 sale. & c. nec quemquam, dist. 4. singu  
 lis dominicis in ecclesia vtendo, quar  
 to benedicitur aqua baptismi, quæ, &  
 sine verbo sacramenti remanet bene  
 dicta, & sacra gl. in eo. c. 1. de consec.  
 dist. 4. † Nã & crismatur addito oleo  
 mysticæ vnctionis, per cuius admix  
 tionem vnio Christi, & ecclesiæ signi  
 ficatur, quia Christus est crisma, aqua  
 populus, & exinde effectus baptismi  
 magis declaratur, quod non semper,  
 sed certis solemnibus diebus fit, vt in  
 vigilia Resurrectionis dominicæ, &  
 in vigilia Pentecostes, iuxta consue  
 tudinem ecclesiarum, & instructio  
 nem parochorum ex catechismo no  
 uo, Rõ. fol. 213. Gul. in ration. lib. 6.  
 c. 106. per dationem Spiritus sancti,  
 quia in baptismo, & sepulturam Do  
 mini repræsentamus, & eius mortẽ,  
 a qua baptismus plenam recipit effi  
 caciam. ibid. n. 2. † Aqua igitur sic be  
 nedicta nõ est sacramentum, sed san  
 ctificatio, & purificatio. eo. c. aquam  
 sale, cui tunc virtutem esse tributam  
 cognouimus, cum ipse Christus dñs  
 noster a Ioanne in Iordano flumine  
 voluit baptizari. Matth. c. 3. sed fit sa  
 cramentum cum verbum accedit ad  
 elemẽtum, per supradicta, quia aqua  
 sine prædicatione domini & crucis ad  
 nullos vsus futuræ salutis est, cũ vero  
 salutaris fuerit crucis mysterio con  
 secrata, tũc ad vsum spiritualis lauacri



& salutaris poculi tēperatur. confert enim aquæ baptismus ad Dei cultū, quia impletur, quod Deo placuit, & quia regenerato ex aquis, & Deo renato fragilitas prioris natiuitas, quæ per homine facta est amputat, & sic puenitur ad salutē. † In quo est diligenter aduertendū, vt excludatur opinio eorū credentiū aquā solitā asseruari in fonte baptismatis esse proprie sacramentū, quod utiq. est falsum, vt ex supradiētis colligitur, & ex S. Thom. concludunt omnes. Domi. Sot. in 4. dist. 1. q. 6. ar. 1. fol. 139. & in id vulgū errare sæpe conspeximus, est tamen res sacra, sed nō sacramentū, nisi in prolatione vltimæ syllabæ formæ traditæ, pro administrādo ipso sacramēto, dicit gloss. eiusd. c. 1. de cons. dist. 4. † Et licet aqua multipliciter dicatur gloss. in c. omne crimen, de cons. dist. 2. tamen secundū Beatū Ambrosiū, aqua illa sanat gratia Christi, non omnis. de sacr. lib. 1. cap. 5. ideo benedicitur aqua baptismalis oleo vntionis. Dom. Card. Hof. contr. Brent. lib. 3. fol. 285. & cum maxima significatione: sicut de aqua, quæ additur ad sacramentum altaris dicimus, & quia ex testimonio patrum credimus sic Christum fecisse in illa sancta cæna, & quia cōuenit repræsentationi dominicæ passionis, cū sanguinē, & aquā ex eius latere exisse testetur Io. c. 19. primum probatur. de consecr. distin. 2. cap. 4. aliud. cap. 3. cum seq. item, & de vnione populi ad Christum. c. cum omne cum gl. ead. dist. In Conc. Trid. sess. 22. sacrific. Miss. cap. 7. † Hæc igitur aqua instrumentalis dicitur causa regenerationis nostræ, de qua Ezechiel. cap. 36. effundam super vos aquam mundam, & mundabimini ab omnibus inquinamentis vestris, do. Card. Hofi. de baptif. cap. 34. in princ. ideo eam veram, & naturalem esse de necessitate baptismi ecclesia sancta declarauit, ead. sess. de baptif. can. 2. si quis dixerit aquam veram, & naturalem non esse de necessitate baptismi, anathema sit, cum ipsa aqua elementaris congruat significationi, baptismiq. effectui, & vsui, cum sit frigida, & lucida cōmunis, & necessaria, & baptismus dicitur ad reprimendum æstum concupiscentiæ. ad flectendum rigorem inobediētiae, ad illustrandum claritatem fidei, & ad introducendum in viam salutis, dom. Card. ar. cæl. de bapt. c. 11. ex Scoto in 4. dist. 3. q. 3. † Ideo fuit conuenienter in aqua institui baptismū, & propter eius prædictas proprietates, & cum sit cōmunis apud omnes gētes, pauperes, & diuites, nec quis se excusare potest, ex eius carentia, doct. in 4. dist. 3. ar. 1. & 2. part. q. 1. est. n. aqua satis vtile elementū apud omnes nationes. vnde dixit Plin. de natur. histor. lib. 31. cap. 1. omnes vires terræ ex aquæ beneficio procedere, sic de scriptura sancta dicimus. psal. 31. Verumtamen in diluuiū aquarū multarū ad eū non appropinquabunt, super quo August. quid est diluuiū aquarū multarum, multiplicitas viarū doctrinarū, quia vna est sancta Dei scriptura, vna Dei aqua, &c. † Sacerdos itaq; non debet ex alia aqua, quam benedicta (extra tamen necessitatē) baptizare, alias grauitè peccaret, omittens cæremonias ecclesiæ, quæ certas præces, certosq. ritus induxit in administratione sacramentorū, quos adhiberi cōsuetos



tueros, si cōtēnat anathema iudicād<sup>9</sup>  
est. iux. præscriptū, sacr. Cōc. Tri. sess.  
7. de sacr. in gen. can. quas significa-  
tiones aquæ in fonte baptismi decla-  
rat optime Gul. in ration. lib. 6. c. 82.

11 † Quod, & idē dicimus de nō sacer-  
dote baptizāte in aqua sanctificata,  
quæ licet cōferat baptismum, peccat  
tñ, nisi necessitate ductus ex carētia  
alterius aquæ id fecisset. Ang. baptis-  
mus. 5. n. 12. c. constat. de cons. dist. 4.  
nā & si laici possunt, nō tamen nulla  
imminente necessitate ead. dist. c. in  
necessitate. & ne quis exeat ex hac vi-  
ta sine sacramento isto. & mulieres,  
& pagani cōferūt, quando in forma  
tradita a sancta ecclesia vtatur, cū ea  
intentione: per ipsam doctrinā patet  
cū sit sacramētū necessitatis, merito  
permissū per absentīā sacerdotis pro-  
prij ministri, a quocumque conferri

12 posse. † Sunt autē pueri ducendi ad  
ecclesiam ad accipiendū sacramen-  
tum de sacro fonte, quam primum  
ante nonum diem. non autem in do-  
mibus priuatorum clem. 1. de baptis.  
nisi necessitas, & mortis casus immi-  
neant. & in filijs Regum, & post mo-  
dum in ecclesia seruentur reliquæ ce-  
remoniæ, iux. ritum ipsius sanctæ ec-  
clesiæ, neq; aliquod remedium siue  
baptismo pueris adhiberi potest, do-  
Sot. in 4. dist. 5. q. vnica ar. 1. cauendo  
disputationem Ambrosij Catharini  
Episcopi Minorensis, Petr. de Soto  
de instit. sacerdot. de baptism. lect. 6. cir-  
ca fi. ad q. v. quare filij nati ex pa-  
rentibus baptizatis debeāt, & ipsi ba-  
ptizari, alias nō sunt salui, respondet  
August. in c. si baptizata. de cōsecra.  
dist. 4. quia ex immundo patre nasci-  
tur immundus, & licet parenti post  
conuersionem propria peccata non

sunt nociua, tamē illis obsunt; qui ab  
eo generantur, parenti propter hoc  
non obsunt, quia renatus est, illis au-  
tem, qui de illo nati sunt, nisi eodem  
modo renascantur, quæ a parente  
cōtracta sunt oberūt, quia etiā inno-  
uatus est pater, nō de natiuitate sed  
de reliquijs vetustatis carnaliter gi-  
gnit, & filij ex reliqua parentum ve-  
tustate carne propagata peccati dan-  
nationē sacramento regenerationis  
euadunt: sed qua pæna puniantur  
ppter baptismū non susceptū, cum  
non habeant peccatū actuale. dom.  
Card. eo. c. firmissime. carent gratia,  
& habent pænā damni æternalis: sed  
non pænā sensus, nec habent do-  
lorem, aut afflictionem interiorē ex  
eo, quia de Beatitudine potest habe-  
ri duplex cognitio, naturalis, & super-  
naturalis, animæ autem puerorū sine  
baptismo decedētū vadūt in limbū,  
habētes cognitionē naturalem, quia  
intran medium cognoscendi intel-  
lectū separatorum, vnde cognoscunt  
bonum naturale, sed non id bonum,  
quod sancti possident in cælo, sed  
id, quod per naturam habetur, possi-  
dēt, absq. dolore, existēte eis ea scien-  
tia naturali, quā numq. aliquis philo-  
sophus in mūdo habuit: cognitio na-  
turalis nobis supplantatur per fidem  
quæ est de gloria, & fruitione sancto-  
rū in cælo, quā nec oculus vidit, nec  
auris audiuit. 1. ad Cor. 2. pueri in lim-  
bō nec fidem de beatitudine in actu  
habuerunt, nec sacramenta fidei su-  
sceperunt nec per reuelationē ergo  
nec dolent de carentia, cū nemo do-  
leat de eo, quo se priuari nescit. dicit  
Theologi, reasumit ex doct. Cassan.  
in sua glor. mund. 3. part. consider.  
1343. † Vnde non differendus eis ba-  
ptismus,



ptismus, sicut de circumcissione figura baptisimi, quæ octauo die fiebat. ead. dist. cap. quod autem glo. in c. ab exordio. 35. dist. & sic præparatoria ad baptismum, cum ex filiis iræ efficiamur filij Dei Eph. 2. ideo citius infantes ducendi, ne propter ætatis imbecillitatē mortē incurrant, ac etiam quia ratione baptismi Deus, & Angeli habent maiorē curam illorū ead. sess. 7. de baptism. can. 13. victoria q. 34. & sumpta est fontis baptismalis in ecclesia dedicatio ex Iordano flumine sanctificatio a Christo domino nostro, qui, ut nostra delerentur peccata, voluit baptizari, non se, sed ut nos purgaret. † In quo sciendum est qd Ioannes Baptista (quo inter mulieres non est natus maior ex Christi testimonio. Matth. c. 11.) præcursor Dñi annuncians, ipsum poenitentiam prædicando, baptizabat baptismo poenitentiae, sed Christo aduenienti gratiam habuit ipsum baptizare. præcedente inter illos diuino colloquio, nā Ioannes cognoscens suum creatorem inquit, ego a te debeo baptizari, & tu venis ad me? cui Iesus: sine modo? sic enim decet nos implere omnē iustitiam. Matth. eod. c. de quibus verbis Bern. alleg. serm. 1. de epiph. Dom. & Matth. c. 3. Ioann. 1. & sic fuit institutus baptismus, secundum omnes Theologos victoria. quæstio. 9. de qua sollempnitate fit mentio in ipso die epiph. & in euang. in eius octaua Ioan. 1. vnde canit ecclesia in hymno matutini.

*Lauacra puri gurgitis.*

*Cælestis agnus attigit.*

*Peccata, que non detulit.*

*Nos abluendo substulit.*

15 Gul. li. 6. tit. 16. & 17. sui ration. † Sed

an baptismus Ioannis fuerit necessarius & habuerit aliū ministrū doctores soluūt. erat præparatorius ad baptismū Christi, nō perfectū sacramentū, nec conferens gratiam, cū diceretur baptismus poenitentiae, nō enim renascebantur, qui baptismo Ioannis baptizabantur. de cons. dist. 4. c. non enim & c. aliud. sed baptismus Christi operatur remissionē peccatorum sess. 5. Conc. Trid. ante finē. §. si quis qd autē sit maxima differentia inter vtrumq. est definitum in eod. Conc. sess. 7. de baptism. can. 1. si quis dixerit baptismū Ioannis, habuisse eandē vim cū baptismo Christi: anathema sit: plura D. Car. Aracæl. de sacr. baptismū. c. 7. cū seq. & baptismo Christi credimus Apostolos fuisse baptizatos. c. quando, & c. seq. ead. 4. dist. oportuit ergo baptizatos a Ioanne, iterū baptizari baptismo Christi pro salute consequenda. Dom. Sot. in 4. dist. 2. qd. 2. ar. 4. contra opinionē magistri, quæ non tenetur in ead. dist. nulla enim cadit dispensatio quæ sine baptismo saluari. Abb. in c. proposuit. nu. 2. de concess. præb. S. Thom. in 4. dist. 17. q. 3. ar. 1. circa finem, & dist. 6. q. 1. ar. 1. eod. lib. etiam qd fuerit sanctificatus in utero, debet baptizari, & sic creditur de beato Ioanne Baptista dominum baptizante, quod & de gloriosissima Virgine Maria dicere possumus, cum nullo modo sanctitati suæ derogauerit, sed ad honorem eius ponitur, idem Dom. Sot. in 4. dist. 5. q. vnica. ar. 2. † Istis ergo discussis pro aliquali cognitione, in visitatione episcopus videbit, quod in omni ecclesia cathedrali, & curata, sit fons baptismalis, sicut esse debet. Pauli. de visi. 2. parte



q. 3. nu. 33. quod sit lapideus, vel fal-  
 tem æneus staneatus, inquirendo, si  
 caute, & nitide obseruetur, ne sint in  
 eo scissuræ, sit in loco conspicuo, nō  
 impediatur locū, recte, & firmiter clau-  
 sus, claus in tuto loco cōseruetur,  
 aqua renouetur diebus sollempnibus  
 statutis, vt supra fuit dictum, & prior  
 ponatur in sacrarium, & sit vasculū  
 17 pro baptizandis, & illud decens. † Ad  
 sit liber baptizandorum. & videatur  
 quomodo scriptus, si contineat an-  
 nū, mensem, & diē, cuiusq. baptizati,  
 nomen, & cognomen, eiusq. patrin-  
 habeat, qui, & sponsor, seu fideius-  
 appellari solitus est, cuius fidei, & pru-  
 dentia baptizatus cōmittitur, a quo  
 Christianæ religionis præcepta hau-  
 riri possit, ad quod, & ipse patrinus  
 ex lege se abstrictū esse intelligat, &  
 si ad hoc idoneus non est, vt quia nō  
 sit instructus fidei rudimētis, vt saltē  
 sciuerit symbolū Apostolorū, oratio-  
 nem dominicam, & salutationem  
 Angelicā, non admittatur. Cū enim  
 ipse ad hoc tenetur, & nescit, quomo-  
 do saluti aliorum consulere potest,  
 si etiam suæ deest. argu. text. c. sicut  
 hi. §. necesse. 47. dist. gl. in c. in baptis-  
 mate. de consecr. dist. 4. & si nomen  
 parentū ipsius pueri cuiuslibet etiā  
 contineat: atque alterius, itē si paro-  
 chus ad aliam ecclesiam deputatus  
 transferit, successori suo librū confi-  
 gnet. iuxta etiam dicta in synod. Me-  
 diol. prouin. sub amplissimo Dom.  
 meo Dom. Card. Borromeo. part. 2.  
 18 tit. 2. † Nec præter vnū tantū, aut ad  
 summū duos compatres, seu patri-  
 nos ad leuandum puerum de sacro  
 fonte admitti ordinet ex præscr.  
 eiusd. Cōcil. Trid. sess. 4. de reform.  
 matri. cap. 2. ad remouendum quorū

dam locorum abusum, obseruatum  
 vsque nunc, vt non solum tempore  
 baptismi plures vnus efficiebantur  
 patrinus, sed etiam per octo dies expe-  
 ctabantur ad tangendum linteamen,  
 album, sic populus currebat ad simi-  
 lia digna omni reformatione: debe-  
 etiam parochos docere ipsum patri-  
 num leuantem puerū de sacro fon-  
 te exinde, quā cognationem spiritua-  
 lem contraxerit.

19 † Nāq. inter ipsum, & baptizatū ipsū  
 & illius parentes, nec non inter ba-  
 ptizantem, & baptizatum, baptizati  
 que patrem, & matrem, spiritualis co-  
 gnatio contrahitur, prohibitio inter  
 ipsos matrimonium contrahi, con-  
 tractumq. dirimi. eod. decr. c. 2. sess.  
 24. cautum est, ad cuius declaratio-  
 nem est videre constitutionem Pij  
 V. Pont. Max. in c. cum illius. 1566.  
 an. 1. in princ. & §. nos piarum. Mart.  
 Nau. in suo Man. cap. 22. nu. 36. cum  
 trib. sequen. licet non referat ipsam  
 constitutionem, aduertit tamen pa-  
 rochum, & bene. nu. 40. vt quando  
 puer baptizatur in domo propter ne-  
 cessitatem sine sollempnitate, sed tan-  
 tum cum aqua elementari, tunc cō-  
 trahi compaternitatem, seu cogna-  
 tionem spiritualem prædictam, non  
 autem, quando ducitur ad ecclesiam  
 ad exorcizandum, & vngendum  
 crismate, quia tunc non est sacra-  
 mentum, sed res sacra, vt supra nos  
 diximus. aduertendo item, quomo-  
 do ipse actus sit scribendus in libro,  
 & hæc possunt declarari parochis  
 in visitatione fontis, cætera vero ad  
 complementum materiae baptismi  
 infra suo lib. de sacram. latissime di-  
 cemus.



58 DE VISIT. ET REGIM. ECCL.  
DE RELIQUIIS SANCTORVM, IPSARVM  
Veneratione, & Visitatione.

C A P. O C T A V V M.

S V M M A R I V M.

- 1 **H**omo est compositus ex duplici  
substantia.
- 2 Adorationis tres sunt species, et qua,  
nu. 5. & 6.
- 3 Latria cultus est triplex.
- 4 Latria cui debeat.
- 6 Papa qui cultus debetur.
- 7 Deus quare voluit sanctos suos ho-  
norari.
- 8 Reliquia sanctorum sunt veneran-  
da ex antiquissima institutione,  
num. 9.
- 10 Theodosij Imperatoris humilitas in-  
ueneratione reliquiarum.
- 11 Sanctum uenerari cum non sit pro-  
hibitum est.
- 12 Corpora sanctorum an liceat trans-  
ferri.
- 13 Reliquias portare supra an liceat.
- 14 Episcopus uisitans reliquias de qui-  
bus inquirat.

**C**VM frequentius in eccle-  
sijs maxime cathedralibus  
reliquiae repositae sint, sub  
quibus etiam ad honorem  
Dei ipse ecclesiae dedicatae sunt. Ideo  
ne in ipsarum cultu aliquis abusus  
oriatur, breuiter videndum est, ad quem  
episcopus uisitans diligens esse de-  
beat, sed primo aliqua ad cognitio-  
nem & instructionem praemittenda  
sunt: Illudque ante omnia, quod  
recenset lib. 4. Damascen. quod ho-  
mo ex duplici substantia composi-  
tus est, intellectuali, & sensibili,  
quod et Apost. 2. ad Cor. 4. quem  
refert Mar. Nauar. 1. praef. sui Man,  
numero septimo, versic. 4. dicit ho-  
minem interiore parem intellectu-  
nam, & sic principalem, hominem  
vero exteriorem partem sensitivam  
ex Tho. sup. eod. 4. c. declarate sic du-  
plicem offerimus Deo in ecclesia,  
adorationem, spiritualem, & tempo-

ralem, seu corporalem, prima confi-  
sit in interiori mentis deuotione, se-  
cunda in corporis humiliatione, &  
genuflexione prostratione, & alijs si-  
gnis. dom. Card. de Tur. Cre. in sum.  
eod. lib. 1. c. 35. circa finem. † Item  
Adorationis tres sunt species, latria,  
graece, latine cultus, Deo debitus,  
vel exhibitus, seu voluntas impendē-  
di Deo cultum diuinum, & debitum,  
qui nulli alio debetur, idem dom.  
Card. de consecr. dist. 3. cap. venera-  
biles. de quo Apostol. in sua prior.  
ad Thimot. cap. 1. Soli Deo honor,  
& gloria. & Isai. cap. 42. in perso-  
na domini honorem meum nemi-  
ni dabo namque adoramus Deum  
diligendo ipsum super omnia, cre-  
dendo in eum, sacrificia illi offeren-  
do, & super omnia reuerentiam. Ar-  
chid. eod. cap. venerabiles. Qui etiam  
cultus. † Est triplex, cordis, oris, &  
operis. cordis dicitur interior, cum  
toto



toto affectu, & studio, & plus est,  
 quā adoratio, & requirit tria, fidē, spēs  
 & charitatē secundū Aug. in Enchy-  
 oris dicitur vocalis cōfessio, & pro-  
 fessio Maiestatis Diuinæ, quā fideles  
 facimus frequenter, orādo, laudādo,  
 & psallēdo: Apost. ad Rom. 10. prope  
 est verbū in ore tuo, & in corde tuo;  
 corde credit ad iustitiā, ore autē cō-  
 fessio fit ad salutē: operis dicit, cum  
 quis opere recognoscēs, dicit. Tu so-  
 lus Dominus, ex parte nostra genufle-  
 xione, & prostratione. Isai. cap. 45.  
 Mich. c. 6. curuabo genu Deo excel-  
 so. ad Eph. c. 3. flecto genua mea ad  
 patrē domini nostri Iesu Christi: (de  
 quo infra eod. lib. c. 20. n. 8. & 9.) tan-  
 tū Deo debito ipso cultu. vt sup. Au-  
 gust. lib. 10. de ciuit. Dei. c. 13. S. Tho.  
 4 cōtra gētes. lib. 3. c. 10. † & hæc latrię  
 adoratio debetur etiā hostiæ rite cō-  
 secratæ, carni Christi, humanitati  
 Christi, vt verbo vnitæ, cruci Christi,  
 in quantū repræsentat figurā Christi  
 extēsi in ipsa cruce, B. to. 3. part. q.  
 25. ar. 4. optime Florent. in 3. tit. 12.  
 c. 9. §. 5. vnde versus.

*Effigiem Christi cum transis pro-  
nus adora.*

*Non tamen effigiem, sed quod desi-  
gnat honora.*

Et sic omnibus alijs mysterijs passio-  
 nis eiusdem domini nostri Iesu Chri-  
 sti: toti Trinitati vnica adoratione,  
 quia vnitatem in Trinitate, & Trini-  
 tatem in vnitatem veneramur. Atha-  
 nas. in symb. de san. Trini. † Secunda  
 5 species dicitur dulia, seruitus conue-  
 niens creaturis, qua sanctos venera-  
 mur, latria debetur domino, dulia  
 seruo, latria, qua Christū veneramur,  
 dulia mundū. gl. de conf. dist. 3. c. per  
 latū. Archid. eod. c. venerabiles. &

not. in c. licet tam de fer. exhibetur  
 creaturæ ex eo, q̄ participat diuinā  
 dignitatē, potentiā, sapientiā, vel bo-  
 nitatem, licet dulia possit etiam capi  
 tribus modis, proprie, communiter,  
 & communissime. hoc est generali-  
 ter, & generalissime dom. Card. Ara-  
 cæl. de præcept. diu. c. 7. alia glo. ad  
 primum. in cap. 2. in verb. in deuotio-  
 nis de offic. ord. lib. 6. † Tertia dicitur  
 hypdulia, potissima pars, & spe-  
 ties duliæ, & maior cultus conue-  
 niens creaturis, ex vnione ad Deū, quę  
 debetur gloriosæ Virgini, vt Christi  
 matri, licet ratione sui debeatur du-  
 lia, hancq. hyperduliæ venerationē  
 nonnulli sanctissimo domino no-  
 stro Papæ tribuunt, cui omnes fideles  
 prosternuntur ad pedū oscula, non  
 ratione sãctitatis personalis, sed quia  
 est vicarius Christi in terris: & exin-  
 de dicit idem dom. Car. eod. c. 7. fa-  
 ctum esse quod portat crucē in san-  
 dalijs offerens alijs osculandā, tãquā  
 gerēs locū crucifixi, & cui superbissi-  
 mi tyrāni diademate deposito ad pe-  
 des osculādos se inclināt: in quo di-  
 uina maiestas crucifixi clarescit, fra-  
 ter Christoph. a c. font. in tra. defens.  
 fid. c. 11. & ipse sūmus Pōtifex offert  
 libēter, vt ea humilitate cūcti a se be-  
 nedicāt. (hocq. maxime prædicamus  
 de Beatissimo Papa nostro Domino  
 Gregorio XIII. Pōtifice maximo, cu-  
 ius rei nos ipsi testes sumus, quā an-  
 no 1577. dū ecclesiæ Rauellēsi præ-  
 sideremus, pro negocijs ecclesiæ ad  
 Urbē applicantes, pluries sanctissi-  
 mos eius pedes osculati sumus, cum  
 maxima ipsius Pōtificis humanitate,  
 & hilaritate, cui Deus vitā cōcedens  
 oēm tribuat felicitatē, & iterū hoc an-  
 no 1581. & prædicta patēt per  
 domi.



- Dom. Pauin. 2. p. q. 10. nu. 112. cum  
 seq. de visit. Dom. Card. Hosii. in lib.  
 7 Confess. c. 18. fol. 384. † Voluit. enim  
 Deus omnipotens, sanctos suos a no-  
 bis, & rogari, & venerari. qui per fidē  
 vicerūt regna, operati sunt iustitiam,  
 & adepti sunt repromissiones, ad  
 Hebr. capitulo vndecimo, & hoc ex  
 triplici causa, propter nostram ino-  
 piam, & propter Dei reuerentiam,  
 & propter ipsorum sanctorum glo-  
 riam, & honorem. S. Thom. 2. 2.  
 quæst. 85. ar. 4. Bonau. in 4. dist. 45. qui  
 in suis reliquiis, & vestibus veneran-  
 tur, ex quo carnibus nunc sanctis ip-  
 sæ vestes adhæserunt. August. de Ci-  
 8 uit. Dei. lib. 1. † Vnde inquit sancta  
 synod. Triden. sess. 25. de Inuo. vene.  
 & reliq. sanct. & sacr. imag. post prin-  
 sanctorum quoq. martyrum, & alio-  
 rum cum Christo viuentium sancta  
 corpora, quæ viua mēbra fuerūt Chri-  
 sti, & templum Spiritus sancti, ab ip-  
 so ad æternam vitam, suscitanda, &  
 glorificāda, a fidelibus venerāda sūt:  
 nāq. per ipsa a Deo multa beneficia  
 hominibus præstantur. sunt enim ipsi  
 9 prōptuaria Dei, & pura Christi, habi-  
 tacula, Spiritus sancti immaculata spe-  
 cula in Conc. 2. Nicæno. 3. sess. † nec  
 est nouum institutū, sãctorū reliquias  
 venerari, sed antiquissima consuetu-  
 dine ecclesiæ firmatū, vti demonstrat.  
 Dom. Card. Hosius de spe, & orat. c.  
 58. fol. 397. adducens multorum pa-  
 trum documenta, & plura Canis. 1. p.  
 de char. fol. 119. cum seq. quia ex anti-  
 quissimo tempore id legimus, & pie,  
 ac religiose sancitum. Vnde dicitur,  
 & ipsum Deam conuenienter hono-  
 rare Reliquias suorum Martyrum,  
 cum in eorum præsentia miracula fa-  
 10 cit. Flor. in 3. tit. 12. c. 9. † De multis  
 antiquis Imperatoribus legitur, ve de  
 Theodosio Christianissimo Impera-  
 tore, cum esset ipse initurus, prælium  
 contra Eugenium, ante Reliquias A-  
 postolorum, & Martyrum circuiuit,  
 & cilicio iacuit prostratus in terra, fi-  
 dum auxilium poscendo a Deo, san-  
 ctorum intercessione, vti in histor. ec-  
 cles. c. 32. lib. 3. scribitur, & meminit  
 D. Card. Aracel. de præcept. diu. c. 8  
 & dom. Card. Hosii. vbi supra, & de  
 ciuitate Neapolitana multoties libe-  
 rata a Barbaris ex veneratione reli-  
 quarum gloriosi Martyris Ianuarij,  
 refert Thom. Elyf. se legisse in croni-  
 cis, in suo clyp. q. 27. art. 6. in fin. ad  
 quod infinita possint duci exempla.  
 (sufficit vnum nunc Patriæ nostræ,  
 & ecclesiæ Rauellen. supra quingen-  
 tos annos defensæ a bellis, & pestibus  
 Dei auxilio intercessione deuotissi-  
 mi martyris sancti Pantaleonis, cuius  
 sanguinem in abūdantia pro Christi  
 fide sparsum colimus: ac mirificæ vir-  
 ginis, & martyris B. Barbaræ, cuius  
 etiam præciosum caput pro sui crea-  
 toris amore decollatum honorifice  
 veneratur, vbi percussio facta ab im-  
 pio patre Dioscuro proprii languis  
 11 nis oblito adhuc miraculose appa-  
 ret.) † idq. sciendum est prohibitum  
 esse reliquias alicuius pro sancto ve-  
 nerari, cum non fuerit. Authoritas  
 enim Rom. Pontificis requiritur, vt  
 quem sanctum canonizet. c. ex eo. de  
 reliq. & ven. sanct. Abb. in c. 1. eo. tit.  
 quem Deus. optimus maximus non  
 permittit in hoc fallere. Couarr. var.  
 resol. lib. 1. cap. 10. nu. 13. inquit enim  
 Innocent. iij. in dicto capitulo cum  
 ex eo reliquias inuentas de nouo ne-  
 mo publice venerari præsumat, nisi  
 prius authoritate Romani Pontificis  
 fuerint



fuerint approbatae, & extat decisio eius. Conc. Trid. eo. tit. 8. hæc vt fidelius: vbi decernitur nouas reliquias non esse admittendas, nisi episcopo recognoscente, & approbante, qui iudicabit, quid obseruandum adhibitis theologis, & piis viris. In secreto tñ potest quis aliquem venerari pro sancto. quamuis adhuc non canonizato. Doct. in sum. in verb. colere, & verb. Reliquiæ, quæ autem requirantur ad canonizationem sanctorum, aut quo modo, & de quibus inquirendum, est

12 bonagl. in c. vnico. eo. tit. lib. 6. † Item cum vni loco sunt destinatæ reliquie, ad alium transferri nequeunt in scio episcopo per c. corpora. de consecr. dist. 1. inde dicit ibi Archid. sacrilegiū committere, si quis reliquias sanctorum furetur, nisi a sarracenis furentur, apud quos debito honore non habentur, cum licentia tamen episcopi, vel eius, cui ecclesia commissa est, potest quis aliquam particulam reliquie sanctæ habere, sine nota sacrilegi per eundem tex. & alium clarū in c. quisquis, 8. si quis domum. 17. q. 4. pœna enim est, quādo furtiue, quis accipit, per verbum abstulerit, nō qñ de licentia, & ad finem, vt maior honor fiat ipsi sancto, cum in pluribus locis memoria eius martyrii pro Christi fide, celebratur, & veneratur, vel si concedantur pro consecratione ecclesiæ, vel altaris, sine quibus non fit. c. placuit. c. de fabrica, de consec. dist. 1. Gul. in rat. lib. 1. c. 7. nu. 23. (& sic determinauimus, hoc ann. 1579 de mense Augusti Neapoli, cum multis theologis, & doctoribus in facto occurrente contra vnam opinionē cuiusdam magni viri, qui in alio dicto

13 firmabat.) † An autem reliquias san-

ctorum portare super liceat: ex deuotione permittit S. Tho. 2. 2. q. 96. art. vlt. Flor. in 3. tit. 12. c. 8. Nauar. in suo Man. c. 11. nu. 35. vers. 25. sed tamen periculosa res est, propter fragilē naturam, & pronam ad peccandum, c. omnis ætas. 1. q. 1. gloss. in extrauag. ad conditorē, in verb. licet D. Io. 22. 20. q. 3. c. procliuius c. alma mater, cū gl. in prin. de sent. excom. li. 6. ibi propter perniciem, & facilitatem hominum ad peccandum. Vt cum animi sit reliquias portando venerari, peccando sit illas dehonestari, & iniuriā ferre, nisi quis se cognoscat fortem, in tentationibus, eccles. c. 31. quis est hic, & laudabimus eum. † In ipsis igitur visitandis debet episcopus diligenter, pie, & deuote inquirendo procedere cum luminaribus, reuerenterque primum, si caute, & honorifice custodiantur, & conseruentur, scribaturque in inuentario ecclesiæ, pro earum futura, & perpetua memoria. & cum ostendantur populo, nō extra capsā, iuxta præallegatum decretum Innocentij iij. in d. c. cum ex eo, sed cum deuotione, & luminaribus, & debitis temporibus, & horis sacerdote saltē imbuto superpellicio, & stola, videatque in quo loco seruentur in quibus vasculis, ac mundis, & cum clauibus bene firmatis, fidisque personis ipsis consignandis, nec tam frequenter monstrantur, ne faciliter aliquis questus adsit, sed caueatur, vt in totum omnis spes alicuius turpis lucri abijciatur, quod expræsse prohibet text. Concil. eod. tit. 8. omnis potro, is autē in hac materia dicitur turpis questus, vt scribit Nauar. in Man. c. 17. n. 169. in si. qui quæritur ex venditione, locatione, traditione, vel ostensione reli-



reliquiarum, & aliorum sacrorum, cum pacto, vel sine principali ob id aliquid recipiendi, non tamen principaliter ob honorem, & reuerentiã eorum sanctorum, quod ad alia similia extenditur, & quod reliquiæ sint certæ, nec nouę ponantur. eod. conf. §. nec nouas. supr. nu. 1. etsi dubium quid extiterit ad Metropolitanam Synodum deducatur, ita tamen, vt nihil nouum, aut inusitatum in ecclesia decernatur, in consulto Romano Pontifice. §. quod si: etsi extant scripturæ de ipsis reuideantur, & ipsæ reliquiæ possint cognosci inter se, præcipiatq. sub grauissima pœna, ne quis venales eas exponat. d. c. ex consulto seu falsis figmentis decipiantur accedentes ad ecclesiam: sicuti annis præteritis occasione lucri plerumq. fieri audiuius, (quorum debita fuit accepta pœna) Flor. eod. c. 8. sed ea episcopus diligentia vtatur, vt nihil inor-

dinatum, aut præpostere, aut tumuluarie accommodatum, nihil prophænum, nihilq. inhonestum appareat. §. postremo, docendo populum vtilem esse reliquiarum venerationem, cum nobis futuram resurrectionem promittant, & spes nostra in futuram corporis glorificationem erigatur. in Conc. prouint. Colo. fol. 259. hortando omnes ad debitam reuerentiã, sicuti, & antiqui Imperatores sanxerunt in l. nemo, la. 2. C. de sacr. sanct. eccl. ne homines abutantur, tanquam ad commestationes, & ebrietates accedentes, §. omnis porro, eod. decr. Con. Trid. sic enim ipsi sancti quorũ reliquias deuotissime veneramus, a Deo pro nobis intercedunt vitam æternam, quam concedere dignetur ipse misericors Deus per sanctissimam passionem vnigeniti filij sui Domini nostri Iesu Christi. Amen.

## DE IMAGINIBVS SACRIS,

Ipsarumq; cultu &amp; visitatione.

## CAP. NONVM.

## SUMMARIVM.

- |   |   |  |
|---|---|--|
| 1 | Mago differt a statua.  | lectiones.   |
| 2 | Imagines quare fuerunt inuenta.   | 7 Pictores, & Sculptores de quibus sunt aduertendi.                                |
| 3 | Imagines de nouo ponenda primum debent ab episcopo cognosci: & bene dici. | 8 Imagines frangens an sit hæreticus, & qua pœna puniatur.                         |
| 4 | Imagines sanctorum quare venerentur.                                      | 9 Anathema est negans imagines adorari.  |
| 5 | Imagines sunt adoranda veneratione dulia.                                 | 10 Episcopus visitans imagines in ecclesiis, quæ instruere populum & car. num. 11. |
| 6 | Imagines, & picture sunt laicorum.  |  |

POST



**P**OST sanctissimas gloriosorū militum reliquias, ad imagines ipsorum procedendum est, quas in ecclesia catholica veneramur ad memoriam ipsorū, qui cum Christo sine fine regnant. <sup>1</sup> Et pro notitia dicimus, quod imago differt a statua, namque statua in se in omnibus effigie designat, imago non sic, cum sola pictura hominis, cæteræ partes non semper designant mēbra hominis. C. de stat. & imag. per glo. in rubr. Archid. de offic. Archid. lib. 6. cap. 2. sed cum proprietates vocabulorum sit promiscua in materia, attendimus communem usum loquendi impropriando ipsa vocabula, sicut, & populus communiter accipit postquam dicenda de vno procedāt, & in alio, & recurrendum sit ad communem verbi intelligentiam. tex. optimus in c. ex litteris, de spons. in fam. sing. in l. c. num. 155. civiliter intelligendo, non calumniose. ff. de serui. l. si cui gloss. in extrauag. lo. 22. suscepti. §. nos, in verb. integre, in fine, etiam ad extraneū sensum trahendo vt saluemus, quæ discurremus. l. 4. C. de lib. præter. alia gloss. in extrauag. ad conditorem eiusdem vers. quod autē. de verb. signifi. <sup>2</sup> Imagines igitur, vt dicit S. Bonau. in 3. dist. 9. qd. 2. ar. 1. ex tribus fuerūt inductæ. Primo, propter simpliciū ruditatem, quibus ipse sunt scripture: namque sapiens continuo contemplatur Christū Crucifixū pro nostris peccatis. populus vero imperitus non ita semper, sed cū imaginē crucifixi aspicit. Secūdo ex <sup>3</sup> imitatione, vt si homines nō excitentur ex his, quæ audiunt, excitentur saltem ex his quæ vident: sicuti de Romanis apud historicos legimus. Ter-

tio propter memoriæ labilitatem, vt vidētes imagines recordemur de beneficijs diuinis, & virtuosis operibus sanctorū. dom. Card. Aracæ. de præcept. dict. c. 7. vbi multa possunt videri. <sup>3</sup> Quæ imagines de nouo nō possunt poni, seu erigi, nisi ab episcopo primū cognoscant, & approbent, ne sint turpiter, & obscenæ depictæ, ex quibus scandalizari possint oculi assistentiū ex decreto Conc. Trid. sess. 25. de inuo. & vener. sacr. imag. §. imagines. ab ipsoque episcopo benedicantur, iuxta ritū Pont. lib. quod & de iure ciuili itē cautū est in rebus prophanis, nullius statuā posse erigi, absque approbatione, & Principis licentia. l. 1. C. eod. tit. idque a principio mundi exordium habuit. fecit enim Deus hominē ad imaginē & similitudinē suā. Gen. c. 1. <sup>4</sup> Veneremur nos Sanctorū imagines ad memoriā, & honorē repræsentantiū. de consec. dist. 3. c. venerabiles. & c. præced. quod enim scriptura est studentibus, id facit pictura idiotis. ead. dist. cap. peruenit. cū simil. per doct. inquit autē sanctus ille, pariterque antiquus doctor Damascenus. lib. 4. c. 16. de fid. ortho. erigamus statuas sanctis, & visibiles imagines, & nos ipsi animatæ statuæ & imagines ipsorū virtutū imitatione efficiamur, & c. 17. quia non omnes litteras norunt, neque electioni incumbunt, patres nostri consenserunt veluti quædam trophea hæc in imaginibus repræsentare ad promptā memoriā, & imitationē virtutis illorum & gloriam Dei. <sup>5</sup> Sed populus instruat, quam primum, ne alia adoratione adoret imagines quā adoratione dulciæ. de qua supra in c. proximo. num. 5. quia alias de dulcia transferret ad



ret ad latriã, quæ soli Deo debetur, & hoc idem aduerti glo. in cap. 2. in verb. deuotionis. de offi. ord. lib. 6. q. & considerandum, cum in multis locis viderimus sic gentes simplices errare, vt nihil se considerare acceptauerint, sed tantum modo ipsam imaginem, non autem ad rem per ipsam præsentatam, vt sic in errores gentilium Aegyptiorum, & plurimorum, nationum paulisper deuenire sit, in quo extirpando præmium est visitatiũ. Nauar. eod. cap. 11. † Imaginibus enim ex mysterio vtitur sancta ecclesia, cū in ipsis laici multo magis contēplētur, sicuti per scripturas fortius cōsolantur viri litterati. de consecr. dif. 4. c. p. latũ. Alphos. de Castr. contr. hæ. in verb. adoratio. imago. & in eis abusus exorti extirpãdi sunt 7 & si q̄ incidit ad sum. Rom. Pont. referat. sicuti supra de reliquijs diximus, ex eo. tex. Concil. §. q. si aliquis, nã, & imaginis honor, non ad id, de quo est, sed ad protypũ resultat, vt qui imaginẽ adorat, in ea adoret quoque descriptũ argumentũ, sic crucẽ Christi adoramus, & quia repræsẽtat nobis figurã Christi extensi in ea, in modũ crucis, & quia ex cōtractu eius ad mēbra Christi, & ex hoc sanguine eius perfusa (sed adoratione latriæ,) & iterum consideratur in ea diuina virtus, quantum ad effectum nostræ salutis qua de hostibus triumphauit. S. Anton. in 3. tit. 19. §. 5. de qua gloriosæ canit ecclesia.

*Cruce fidelis inter omnes.*

*Sola digna tu fuisti,*

*Ferni seculi prætium,*

*Atque portum preparare,*

*Nauta mundo naufrago,*

*Quem sacer cruor perunxit,*

*Fusus agni corpore.*

Ideo salutare, quã maximũ est fideles insigniri hoc signo sanctæ crucis 11. dist. c. ecclesiasticarũ. §. quæ enim eamq. mortẽ crucis ex quatuor dominus noster Iesus Christus assumere voluit, dicit gl. in elem. 1. in ver. cruci. de sum. Trin. 1. vt pēdens in illa in aere, ostēderet se mediatorẽ inter Deũ, & hominẽ. Itẽ, vt damna, quæ obuenerãt primis parētibus p lignũ vetitũ, restauraret p lignũ crucis. Tertio, vt superaret diabolũ p lignũ, qui p lignũ vincebat: & quarto vt patefaceret p quibus restaurãdis paterẽt p supernis angelorũ ruinis replẽdis, p iustis de limbo educendis, pro amicis colligẽdis, & adiuuãdis, & pro inimicis reconciliãdis, exemplificans per quatuor signa ipsius. vbi vide. † Et vt sanctẽ omnia tractetur sunt pictores, & sculptores omnes totius diæcesis cōuocandi, & docendi, quæ euitare debẽt in sacris imaginibus effigendis, nihil prophanũ, obscænũ, inhonestũ, nihil præpostere contractet, aut quod aduersetur veritati scripturarum: sed singulę partes ipsius imaginis ad sanctitatẽ, & prototypi dignitatẽ conueniant, vt sic aspitiẽtiũ pietas excitetur, & turpis etiam cogitationis occasio remoueat, sicuti iux. mentẽ præfati Concilij cautũ est a magno illo Cardinale Borromeo in sua synod. prouint. 1. par. fol. 15. & in antiquis legitur, Græcorũ sculptilia prohibita, & interdiciãta fuisse, quia dẽmoniorũ erãt simulacra, refert Damascen. ipso libro 4. c. 17. † Sed an frangens imagines, deiciens, prosternens sit hereticus: si fecerit credens esse simulachra, hereticus iudicandus est, cum incidat in heresim



resim negantem ipsas teneri, & venerari, alias grauissime puniatur. c. si canonici. §. fin. cum glo. de offic. ordi. lib. 6. discurret Andreas de Ifernia magnus doctor Regni. in tit. de stat. & cōsuetud. nu. 28. Affl. in l. 1. num. 27. de hæret. Carrer. eod. tit. num. 49. Simancas in suo Enchyrid. viol. relig. c. 10. fol. 14. Paul. Grill. de fortit. questio. 11. nu. 18. & hoc similiter de statua Principis. l. qui statuas. ff. ad l. lul. maiest. Immo, & impius Lutherus detestatus est scælestū carostadiū de fractione imaginum, testatur domin. Card. Hofius contr. Brent. lib. primo, fol. 9. (quamuis non pietatis zelo, cū & ipse veneno similiter infectus esset) † Exinde anathema iudicāndus est negās imagines adorari, vt eod. Concil. caueatur, & in secunda synod. Nicæna est declaratū, sicuti pessimi hæretici negant, opiniones quorū, omnes fideles cum sancta ecclesia, vt falsissimas reijcimus, loco citato supra circ. med. idē domin. Cardin. Hofi. li. 2. de legib. iudic. fol. 231. cū sequen. Tho. Elysi, in suo Clyp. quæstio 39. & ead. secunda sess. Concil. Nicæn. imaginum pitturas, secūdum priscā patrū traditionem recipimus, & has desiderio nostro veneramur, vt in nomine Christi Dei nostri, & in temeratae deyparæ Virginis, sanctorum Angelorum, & omnium sanctorum factas. † Ne autem populus ad idolatriā se vertat, instruat ab episcopo visitante, quia nō propter se, sed propter ipsa, quæ repræsentant, mysteria venerantur, vt Gregorius scribēs de Scundino, inquit, scimus quia tu imaginem Saluatoris nostri, ideo nō petis, quasi Deū colas, sed ob reuerentiam filij Dei, vt in eius amore incalescas, cuius imaginem videre desideras, & nos quidē nō quasi ante diuinitatē, ante ipsam prosternimur, sed illū adoramus, quem per imaginē, aut natum, aut passum, vel in throno sedentem recordamur, sic populus admonetur, quomodo se deuotegerere debet, reuerenter imaginibus sacris cultum debitum præstando. honor enim qui eis exhibetur, ad prototypa refertur: quæ illæ repræsentant, & cum imagines osculamur, caputque coram illis inclinamus, & aperimus, simulq. procumbimus, Christum adoramus, & sanctos, quorū illæ similitudinē gerunt iuxta doctrinā sanctæ ecclesiæ. ead. sess. 2. §. 10. citato. §. imagines. scimus enim S. Thomā Aquinatem lumen ordinis prædicatorum adeo intensā mentē imaginē Christi adorasse, contēplās in ipsa Christū, nunc in cælis triumphantem, vt dignus fuerit audire per mediū ipsius vocē Christi dicētis, bene scripsisti de me Thoma, (quā imaginē Neapoli in ecclesia sancti Dominici eiusd. ord. & nos pluries vidimus, & prostrati eadē mente adorauimus,) de Seraphico Francisco ante crucifixū genuflexo, corde, & corpore, stigmata Christi sibi infixā portare gratiā hūit: sic omnes venerentur habendo rationē tacitā, vel expressā ad ipsos sanctos repræsentatos per eadē imagines. † Diligentiaq. debita adhibeatur, vt omnis superstītio tollatur, neue faciat ipsas imagines sic ornari prophanis ornamentis, & vanis, vt gentes per ipsas ad turpia desideranda moueantur, vt admonet Martin. Nauar in suo Man. cap. vndecimo, numero 23. 32. sed omnē honestum habeatur, eodem decr.

E Conc.



Conc. s. omnis porro. & sic omnium salutem consulitur, omnis tollitur superstitio. eo maxime si parochi in-

struatur iuxta not. in catechism. ad ipsos edito iussu Pij Quinti Pontif. Max. de præc. diui. in 1. fol. 410. &c.

## DE ECCLESIAE SITV, atque statu in generali.

### CAP. DECIMVM.

#### SVMMA RIVM.

- |   |  |    |  |
|---|--|----|--|
| 1 | <b>E</b> CCLESIA dicitur do-<br>mus orationis, & tronus Dei.   | 9  | Aqua benedicta debet stare in ingres-<br>su ecclesia.  |
| 2 | Ecclesia non debet edificari, nisi<br>primam episcopus crucem figat.   | 10 | Fores ecclesia debent claudi, & ape-<br>riri tempore debito.                                       |
| 3 | Episcopus quæ inquirat circa sta-<br>tum ecclesia. nu. 4.  | 11 | Pulpitum debet esse in ecclesia, &<br>quod dicatur.  |
| 5 | Defunctorum tumuli non debet sta-<br>re super terram.  | 12 | Sacrarium debet construi in ecclesia.  |
| 6 | Ecclesia singula partes quid signifi-<br>cant.   | 13 | Sedes pro episcopo debet esse in loco<br>primario ecclesia. Et sic in alijs lo-<br>cis, & actibus. |
| 7 | Ecclesia debet respicere versus Orien-<br>tem, & quare.<br>Oratio debet fieri versus Orientem,<br>& quare. ibid. | 14 | Ecclesia debet restitui sua immu-<br>tate.   |
| 8 | Paradisus terrestris an hodie inue-<br>niatur.   | 15 | Ecclesia cathedralis a quo debet re-<br>parari.  |
|   |  | 16 | Reparatio ecclesiarum dicitur fa-<br>uorabilis.  |

**E**CCLESIA, † quæ domus orationis dicitur. Matthæ. cap. 21. fess. 22. Conc. Trid. de obser. & euit. in celeb. Miss. ab ecclesijs, & tronus Dei. Specul. in proœ. in princ. mons domini dicit enim Isai. capitulo 2. erit in nouissimis diebus manifestus mons domini, de hoc loquitur Apostol. in sua priori, ad Cor. capit. 11. An ecclesiam Dei (hoc est dicit gloss.) domum orationis) cõtēnētis. & Iud. c. 6. conuocatus populus per totam

noctem intra ecclesiarum ornauerunt, petentes a Deo auxilium, cum Holofernos ruinam minabatur, D. Card. Aracel. de symb. Apof. c. 34. licet alio modo dicatur pro vniuersitate fidelium, vt diximus sup. in proœ. de qua non modo: quando igitur præstat rebus temporalibus, tãto edifijs prophanis excellere debet, & suam habere dotem, vt possit necessarijs prouidere. † Vnde fuit statutum nullum ecclesiam edificare posse, antequam episcopus cognoscat, crucem affigat,



affigat, atrium designet, & cæmeteri-  
riū, dosq. sufficiens assignetur. de con-  
secr. dist. 1. c. nemo, & c. placuit, sicut,  
& ecclesiā suā Christus dilexit, dota-  
uitq. pprio sāguine. Apost. ad Ephe. 5  
c. 5. Christus dilexit ecclesiā, & se ip-  
sum tradidit p̄ ea. sicut. n. omne crea-  
tū suā habet dotē, iuxta sui esse, vt a-  
nima suis ornata dotib. corpus aliis  
similiter. doc. in 4. dist. 49. sic, & eccle-  
sia Dei, in qua fideles animæ conue-  
niunt ad laudes dandas ipsi Deo, do-  
tē habere debet, vt suis filius, & mini-  
stris, quæ opportuerint ministrē-  
3 tur. † Vnde post dotē datā episco-  
pus visitans attendit ad multa, an  
ecclesia sit consecrata, si id appareat  
ex scripturis, & signis, vt crucibus in  
parietibus, & sua cuius sancti p̄tectio-  
ne ad honorē Dei sit dedicata, si e-  
get dedicatione, seu reconciliatione,  
p̄pter pollutionē forte factā, sit in ea  
altare maius in loco cōspicuo, & sū-  
mitate ipsius, vbi Missa occurrens de  
die dicatur quotidie, secundū possi-  
bilatē, habeat locū conuenientē pro  
choro, vbi præsbyteri, & clerici pos-  
sint officia diuina celebrare, & loco  
manifesto, ad hoc vt possit populus  
videre cæremonias, quæ fiunt dū di-  
uinū officiū celebratur, humilitatē,  
pariterq. deuotionē celebrantiū, &  
non in occulto, vel in alto vt a nulli  
videantur, sicuti nouissime in multis  
4 cōstrui videtur. † Atq; oīno sit ipsa ec-  
clesia tecta, muris bene cōmpræhē-  
sa, nec in aliqua sui parte ruinā pa-  
tiatur, aut in eam impluat, sit pau-  
metū opportunū. deest enim eccle-  
siam, idest domū materialem, in qua  
Deo sanctificari debet, esse ex omni  
sui parte bene compositā & clausam  
& parietibus vndiq. bene constructā,

sint foueæ, aut tumbæ, cæmeterium  
ve in quibus defunctorum corpora  
sepelliantur, nec fiāt super terrā, tūc  
& n. deformatur ecclesia, & impe-  
dimenta solent nasci. † Immo si ex-  
tant amoueantur, tã ex ipsa cathedra  
li, quã ex omnibus aliis, & in pro fun-  
dis tumbis recondantur (exceptis tu-  
mulis prælatorū, & marmoreis eccle-  
siā non impediētib. seu altaribus  
nō imminentibus, & ad hærentibus)  
iux. decretum Pii III. de quo memi-  
nit Mandos. in suis additionibus ad  
lap. alleg. 83. & extat alia ordinatio  
Pii Quinti Pontificis. maximi. incip.  
cū primum ad Apostolatus. †. & vt  
in ecclesiis in anno 1566. 1. sui Pon-  
tif. † Idq. etiam præstat declarare sin-  
gulas partes ex quibus constat eccle-  
sia, & quid significant, namque ip-  
sius edificiū est significantiū spiritua-  
liū, cæmentū est charitas, sine qua ni-  
hil sumus 1. ad Cor. c. 13. quia petra  
erat Christus in ead. cap. 9. & quæ  
singulos coaptat, atq. viuificat, singu-  
li lapides significant singulos fideles  
fundamentū sunt Apostoli, & Pro-  
phetæ, parietes sunt contemplatiui  
fundamento vicini, terrena deserentes,  
& cælestibus adherentes. Tectū  
sunt homines actiui proximorū ne-  
cessitati terrena ministrantes, longi-  
tudo denotat diurnitatem tempo-  
ris, latitudo multorū populorū nu-  
merositatē. Altitudo differentiā, me-  
ritumq. officiorū, sacrarium virginū  
ordinem, chorus ordinē continen-  
tium, Naui ordinem coniungatorū,  
cum dixerit Deus, crescite, & mul-  
tiplicamini, & replete terram. 22. q.  
1. c. nuptiæ. Atrium ecclesiæ sunt fal-  
si christiani, extra ecclesiam vagan-  
tes, campanile nomen domini, cam-  
panæ



panæ prædicatores verbi Dei, fenestæ vitæ, viri sunt spirituales: interior dealbatura significat munditiam cordis, exterior munditiam corporū, altare est Christus, aliter mensa dicitur in scriptura sacra. 1. ad Cor. 10. & fess. 22. Conc. Trid. de sacrif. Miss. c. 1. §. & hæc quidem, & sic de alijs. Gul. in ratio. lib. 1. c. 1. Floren. in 3. tit. 12. c. 7. 1. † Sed ipsa ecclesia sit edificata in capite versus Orientem, quo oratio nostra tendere debet: Arch. de cons. dist. 1. c. nemo ecclesiam. Christus in scripturis oriens nominatur. Fra. Vincent. Cassin. de nomi. Iesu. lib. 2. fol. 26. ideo dedicandus est illi oriens ad orationem. Item quia in Oriente est Paradisus deliciarum, vbi Deus hominem, quem creauerat posuit, ex quo demum propter peccatum eiecit, sed nos tendere debemus, tamquam requirentes antiquam patriam. D. Car. Hofi contra ærent. lib. 4. trad. fol. 396 cum seq. adducens Damascenum, de fid. ortho. lib. 4. c. 13. & fol. 399. priuatim orare, vertatur fidelis, quo vult, cum ubiq. sit Deus, publicæ tamen preces versus Orientem, eque tamen oramus, & Missæ sacrificium facimus erga Oriētem, dicit gl. magna. in cle. vnica. de reliq. & ven. sanc. non de necessitate, & Io. de Sel. de benef. 1. p. 9. 5. n. 28. dicitur etenim nouus oriēs, ad differentiam Orientis veteris, qui est diabolus, in c. quoniā vetus oriēs. cum gl. 24. q. 1. † Sed pulchrum est videre an hodie in terris sit ille paradysus terrestris seu deliciarum, vel cessauerit tempore diluuii cum dicatur Gen. c. 7. delebo oēm substantiā, quā feci, de superficie terræ, & deinde de leuit Deus oēm substantiā, quæ erat super terrā. Bar. Sybil. in trac. peregr.

q. 1. de ead. q. 7. c. 3. discurren dubium per quatuor quæstiones. Vna est opinio, q̄ licet paradysus terrestris fuerit a Deo in principio plantatus, hodie sit destructus, quia cū fuerit creatus propter hominē, sed homine expulso propter peccatum, debuit desuisse, vel q̄ a diluuiio, q̄ per annum, & decem dies durauit, fuerit submersus, & reuersus, & hanc opinionē multi doct. tenent: & nouissime R. P. Alphonsus Salmeron Hispanus primarius theologus societatis Iesu, & doctus. in sacra scriptura in suis publicis lection. ex Chrysost. vt facta diligētī cōputatione locorū, & prouinciarū præsertim Mesopotaniæ, vbi dicebat esse, cōcluserit nō inueniri, sed destructū, vt sup. quia est deleta per diluuiū oīs superficies terræ, & quia propter peccatū clausa erat Ianua cæli, sed per Christū aperta, vnde nec locus seruit. Alia est opinio, quæ nobis placet, & verior videtur, quod licet fuerit diluuiū, nō tñ fuit locus ille deliciarū, dictus paradysus terrestris destructus, quem Deus non creauit esse subditum peccatis, cum statim eiecerit inde primos parentes: dextruxit. n. diluuiū terrā peccatis infectā, ab hominibus, cū legamus, Gen. c. 6. Cūq. vidisset Deus terrā eē corruptā (oīs quippe caro coruperat viam suā super terrā) dixit ad Noe; finis vniuersæ carnis venit ad me, repleta est iniquitate a facie eorū, & ego disperdā eos cū terra. sed in illo paradiso terrestris non erāt homines, ergo ad illū locū, nō dirigit fermo Dei. Et multi tenēt in eū locū esse trāslatos Enoch, & Heliam, de 1. Genes. cap. 5. Enoch ambulauit cum Deo, & non apparuit, quia tulit eum Dominis. de Helia 4. Reg. secundo qui



qui ambo in fine mūdi veniēt, & moriētur ab Antichristo, vt dicit latius Sybil. vbi supra. in 4. quæstiuncula, & trāsfigurato Domino in Mōte, et Helias de Paradiso terrestri apparuit, de qua trāsfiguratione. Matth. c. 17. & alij sanētos patres, cū fælici latrone, quousq. Christus ascendit in cælū stetit dicunt. Vnde legimus in scriptura Paradisum terrestrem, & post hominē eiectū, Angelū esse positum in custodiā, cū gladio, & igne, sed de destructione nullum verbū ergo, &c.

9 Debet etiā in ecclesia esse vas aquæ benedictæ, quā accedētes, & ingredientes signādo se signo sanctæ crucis aspergantur. habet enim virtutē sanctificatiuā, quia excitat ad deuotionē, & purificatiuā, quia delet peccata venialia c. aquā sale de consecr. dist. 3. fugat demonū insidias, vnde dicitur, huius aquæ tactu, fugiat demonis actus & in eod. c. nā si cinis vitulæ aspersus sanguine, populū sanctificabat, multo magis aqua sale aspersa, diuinisq. præcibus sacrata, sterilitatē rerū aufert humanorū, & insidias Diaboli quā maxime auertit, & est a phantasmaticis versutijs homines defendet, & coinquinos sanctificabit. Gul. in ration. lib. 4. c. quā in cubiculis teneri ad effugādos demones statuit Alexander Papa primus. † Fores itē ecclesiæ tēporib<sup>9</sup> debitis, & horis, clausæ & apertæ teneantur, ad hoc ne quid prohibitū exerceatur, quod ad hostiarium spectare, qui & ianitor dicitur, institutū est a sancta ecclesia, cuius officiū sicut, & aliorū functiones renouari mandāt, ex decreto sacri Conc. Trid. sess. 23. de reform. c. 17. idq. tēporibus nostris multo magis obseruandum, & ca-

uendū est, cū homines aliqui ad eam malitiā, ad id scelus peruenerint, vt nec hominibus Deo seruientibus peccerint eos occidendo, sed ecclesias spoliauerint, etiam tabernaculū Christi prophanando, sacramentum sanctissimæ Eucharistiæ proiciendo, vt vas inde argenteum furarentur, o Bone Deus, quam magna est misericordia tua, qui omnes ad poenitentiam expectas: an & nō terra aperta est vt omnes deglutiret, viuosq. traheret ad Infernū. Vti de Dathan, & Abiron factū esse a Domino in diebus Moysis legimus apud Num. c. 16. Sit pulpitu (quod, & vita perfectorum dicitur.) quia publicū in loco publico cōstitutū, vbi verbū Dei populo proponi possit. Gul. in ration. lib. 1. c. 1. nu. 33. in quo etiam, & electio nis impletur officiu ad lib. 1. c. 15. hodie frequentius attendendū, cū in ecclesia diebus quadragesimalibus, ieiuniorū, aduentus, & dominicis prædicandū sit verbū Dei (ex alio decreto eiusd. Conc. sess. 24. de reform. gen. c. 4. vt infra hoc eo lib. dicemus c. 18.)

12 Sacrarū itē debet esse in ea, in loco honesto, & decenti, in quo Reliquiæ condantur, sacra q. reponantur iux cōsuetudinem. de quo in tit. de consec. eccl. vel alt. idq. teste Gul. eod. c. 1. nu. 38. designat vterū gloriosissimæ Virginis, cū alia ordinatione lauacri, fontis purificationis, in quo sacerdotes sacra tractantes manus lauant ex illo Isai. c. 52. lauamini, & mūdi estote, eoq. constructo in alio simili loco, aquam lotionis manuum, panem, cum Pontifex benedicit calices, patenas, & alia, quia sacramēta manibus cōtractat, minister reponit. sic. n. deuotissime seruātū est ab antiquo, similiter,



militis, & purificatoria, corporalia, &  
 primū a sacerdote, seu alio ministro  
 bene purificentur, demū alijs possūt  
 13 cōcedi accommodanda. † Sodesq. p  
 episcopo debet ēē in ipsa ecclesia, &  
 in loco altiori, & digniori, in choro,  
 capitulo, processionibus, actibusq. a  
 alijs publicis, id itē seruandū est: & ubi  
 ipse elegerit, ex alio decreto eius Cō  
 cil. Trid. sess. 25. de reform. gen. c. 6. p  
 episcopis præterea, quæ sedes a dex  
 tris potius collocat, ad denotandā illā  
 sessionē ad dexterā illius sūmæ Bea  
 titudinis, ubi iustitia, pax, & gaudium  
 sunt, & dicit vnum verbū ipse Gul  
 in c. i. c. 1. nu. 44. dextera enim est fi  
 gnum pacis, & concordia, qua fide  
 les in ecclesia Dei vniuntur, & in ea  
 dem Christi fide viuunt. arg. not. per  
 gl. in c. fundamenta post prin. de e  
 14 lect. li. 6. † Itē an ecclesia ipsa sua im  
 munitate concessa a sum. Pontifi. & a  
 christianis. Impara. potiat, vel si læ  
 sa fuerit inno restituat, nec lēdi ultra  
 patat. tot. tit. de immū. eccl. ex ipso  
 ēē Cōc. Trid. sess. 25. de refor. cap. 20.  
 Nauar. in Man. c. 27. n. 119. per qua  
 draginta passus in cathedrali, & in a  
 lijs p. triginta, q. male seruati refero  
 idē Nauar. c. 25. nu. 17. eod. lib. & re  
 cēser. Fab. Mōrel. in sua pract. arbit.  
 par. 6. q. 2. n. 18. cū sequ. fol. 486. & ad  
 materiā quando occurrit vide Luk.  
 Clar. lib. 5. recep. sent. 9. fi. q. 80. & di  
 xi vñ verbū in famil. singu. in l. finu.  
 15 157. † Ac deniq. inquiratur, si ipsa ec  
 clesia egeat reparatione, & in cathe  
 drali spectat ad episcopū. c. n. de eccl.  
 edifi. per doct. & si magna egeat re  
 paratione, & fructus sunt tenues, q.  
 vix sufficiant ad parcū victū, tenetur  
 supplere capitulū ipsius ecclesiæ, de  
 fructibus, qui supersunt detractis ne

cessarijs. Ausier. in sua dec. 309.  
 Berm. choro. de publi. cōcub. in ver  
 bo. quos suus superior, fol. 174. quod  
 vix obtineretur, quia si canonici ser  
 uunt, & deberet eis detrahi, moleste  
 ferret, & tamen in facto vidi obser  
 uatū. † Est tamē fauorabilis hæc cau  
 sa reparationis ecclesiarū & existen  
 tibus fructibus quarta pars est assi  
 gnanda, in ipsis reparandis c. vobis. 12. q.  
 2. & not. in c. decernimus. 10. q. 1. &  
 in c. 1. de eccl. edific. & per Archid. in  
 c. si monachus. 26. q. 1. q. episcopus  
 attente videre debet & sess. 7. Cōc.  
 16 Trid. de refor. c. 8. etiā cogendo pa  
 rochianos, ubi beneficiati nequeunt  
 de fructibus ecclesiarum, ex alio c. 7.  
 sess. 21. de refor. eo. Cōc. quatuor no  
 tado ex Abb. in d. c. 1. de eccl. edific. pri  
 mo si adest consuetudo in alios esse  
 trāslatū hoc onus: secūdo ex quarta  
 fructuū tertio per clericos. bene  
 ficiatos: & quarto per parochianos.  
 eo. cap. 17. quod & fieri omnes pro  
 curare possunt, etiam Reges cap.  
 1. ne. sed. vac. cap. filij, vel nepo  
 tes. 16. quæst. 17. Gul. Bened. in cap.  
 Raynucius in verbo si absque libe  
 ris. lo. 2. num. 34. de testa. cum seq.  
 Quia cum sint constituti a Deo, vt  
 ecclesiam inuenit, & defendant  
 Abb. in cap. tu ad decipietatis offi  
 cium adimplent, cum id curant, &  
 auxiliantur. Vnde dicit text. not. in  
 l. si aliquam. ff. de offic. procons. Aed  
 dos sacras, & opera publica circuire  
 inspiciendi gratia, an facta, rectaq.  
 sint, vel in aliqua refectione indigeat  
 & si qua cæpta sunt, vt cōsumantur  
 put vires Reipublicæ permittunt,  
 curare debet: omissis quæ scribūt Ca  
 rol. de Carcal. in Regal. Franc. li. 2. 6.  
 iure. fol. 43. 8. iure fol. 57. Couar. in  
 pract.



pract. qq. c. 35. post gl. in extrau. excrabilis. lo. 22. tit. 3. in princ. in verb.

dinersorum, & Innoc. in c. super his de accusat. & c.

## DE ATRIIS ECCLESiarVM.

## CAP. VNDECIMVM.

## S V M M A R I V M.

1 **A**TRIVM quid sit, & quid significat.

2 Atriarj, & Atrienfes qui.

3 Atria, porticus, clausura antes fores ecclesie.

4 Atrium ecclesia denotat Christum.

5 Atria Domini sunt tria.

6 Atria edium canonicorum iudicio epi

scopi gubernanda sunt.

7 Atria ecclesia gaudent immunitate qua, & ecclesia.

8 Iudicia secularia non debent exerceri in atrijs, & domibus ecclesiarum.

9 Episcopus multa debet prohibere fieri in atrijs ipsarum ecclesiarum, n.

10.

1 **A**ntiquorum refert memoria quod cum amplæ edificabantur domus, locus relinquebatur, qui inter fores, & domos medius esset, & quod, & vestibulum aliqui dixerunt testatur Vergil. 2. Aeneid. dum dicit.

*Vestibulum ante ipsum, primoq. in limine Pyrihus.*

*Exultat zelis, et luce coruscus Abena.*

Vulgus vero atrium appellat. Aul. Gell in suis noctib. Attic. lib. 16. c. 5. eius superior pars clausa, anterior vero aperta, alio nomine dicitur porticus sicuti de templo Salomonis, lo. 10. c. ambulabat Iesus in templo in porticu Salomonis, vel pars ipsius domus, scilicet contigua. arg. c. si ciuitas. de sent.

2 exco. hb. 6. vbi oēs notant. inde sunt dicti Atriarj, qui Atria custodiunt, i. r. & caupones. ff. naut. caup. stab. cū gl. & Atrienfes, qui curias magnatū sequuntur, ex humaniorū literarū professoribus, sed melius domini negotia procurantes, & seruis alimenta di

uidere esse solitos, ex atrio dicuntur, in quo sportule, & cibaria distribuuntur ex rescripto Alpheni in. l. in lege, circa med. vbi Alci. ff. de ver. sign. nō tñ est de essentia domus, quæ sine consistere potest, cum ex solo, pariete, & tecto sufficit, ex philosopho, ex l. ciuili, ex solo, & superficie. ff. de sol. l. qui res, §. aream. Aff. decis. 392. Rex Ferdinandus, ru. 12. vers. nam ad hoc.

3 † Atria proprie in nostris terminis dicuntur porticus, seu clausura ante ecclesias, nam per medium ipsorum intramus ad ecclesias ipsas (militantem in quā ecclesiā, & postea triumphantem: ex quo cecinit Dauid. Pl. 64. Domine quis habitabit in atrijs tuis,) & hodie non inuenimus ecclesias antiquas, vbi cumq. sitas, de maioribus maxime, in quibus atria designata nō cognoscamus, etiam q̄ sint extra ciuitates, quæ in multis locis primum maiori poterantur magnitudine, & latitudine, vt inde post modum episcoporum cura sit reducere, & vnire,



ex simili decreto Concil. Trid. sess. 21 de reform. cap. 7. vbi tex. dicit ex temporum injuria. † Potest item atrium designare Christum, per quem intratur in illam cælestem Hierusalem, quia nemo venit ad patrem, nisi, qui nouit filium. Matth. cap. 11. quod ite de gloriosa Virgine Maria dicere possumus, cum per ipsam gratias habeamus a Deo nostro, nos Mariam inuocamus, ipsa dulcissimum filium, filius patrem. S. Bernar. in ser. de eius natiuit. quia humani generis est consolatrix pro salute fidelium, qui delictorum onere grauantur, sedula oratrix, & peruigil ad Regem, quem genuit, intercedit, in extrau. 1. Sixti IV. Pont. Max. in prin. de reliq. & vener. sanct. ad propositum plura sunt, seu esse poterunt atria in ecclesia, vt quandoq. tria designata viderimus, sicuti probatica piscina quinque porticus habebat, de qua. Io. c. 5. † Dicit tamen Florent. in prima. tit. 4. c. 7. §. 5. quod atria Domini sunt tria, in quibus voluntas electorum elegit habitare, primum est sui humiliatio, secundum Dei contemplatio, tertium aduersi toleratio. de primo, Pl. 83. elegi abiectus esse in domo Dei, de contemplatione ait Do. Luc. c. 10. Maria optimam partem elegit, que non auferretur ab ea. de tolerantia aduersorum, exemplum maximum, & memorabile præstant Machabei, qui magis elegerunt mori, varijs tormētis conquisati, quã illicitis cibis coinquinari contra eorum legem. i. Machab. c. 1.

† Item sunt & atria ædium canonicorum: de quibus dicitur in Conc. provinc. Mediolanen. maximi Card. Borromei 2. par. titu. de edib. can. fol. 74. eorum atrium vbi claudi potest, vna

clauē concludatur, iudicioque episcopi statuatur, quæ hora claudij vel aperiri debeat atrij ianua, de secularibus canonicis in his partibus non sunt, quia a principio non sic fundatæ ecclesiæ fuerunt, bonum esset vtique, vbi status reformari potest, vt ad antiquam viuendi normam canonici ducerentur, quia maior esset frequentatio cultus diuini. † Atria igitur & porticus ecclesiæ faciat episcopus gaudere eadem immunitate, qua ecclesia gaudet, cap. si quis in atrio, & cap. si quis contumax. 17. quæst. 4. ideo arcenda sunt ab ipsis omnia prophana, cum eadem immunitas sit conferuanda, per quod fuit iudicatum, & bene, confugientem ad ecclesiam, & captum in atrio, fuisse liberandum per consimilem immunitatem, & illos absolutionem petere debuisse, quamuis multum dubitatum fuerit in modo absolutionis, propter diuersitatem personarum: nec in eis atrijs vllō modo exercenda sunt iudicia secularia, & strepitus ipsorum.

† Quæ neque possunt in domibus ecclesiarum exerceri, cap. 1. & cap. cum ecclesia, de immuni. eccl. dom. Pavi. de visit. prima parte, q. 7. quod, & attendendum est, cum multi ad hunc effectum locent ipsas domos, & aliqui domini, seu barones terrarum, etiam inuitis rectoribus accipiunt, & dictum refert Cassan. in consuetud. Burg. rubr. prima, §. quinto, num. 117. 117. fol. 55. si tamen domus ipsæ ecclesiarum, non sunt eis contigæ sed in alio loco, & in alia vicinia potest tolerari, cum certo modo possint dici profanæ, non enim immunitas ecclesiæ transit in ipsum locum, vt si domus relinquatur ab ecclesia, velit

tali



ali gaudere priuilegio: (secus in domibus episcoporum, quæ licet non sint coniunctæ ecclesiis, etiam dicuntur sacræ, circa libertates 17. quæst. 4. cap. id constituimus. Nauar. in Manual. cap. 25. num. 18. † Sed quando sunt annexæ, episcopus non debet permittere in eis fieri concilia, seu parlamenta populorum, vel vniuersitatum, vel aliorum conuenticulas, grauius exagerando, cum sit maximus abusus tolerare. Prohibeantur mercatus, nundinæ, negociationes, actusq. laicorum, venditiones candelarum, esculentorum, poculentorum omnino vsus tollatur, deficiantur mensæ nummulariorum, tarallorūq. neque bestiis vllum accessum patere permittatur: hæc omnia eiecit ipse

dominus a Templo. Matth. cap. 21. cum dixit, domus mea, domus orationis vocabitur, vos autem fecistis speculam latronum, quæ fieri non possunt sine clamore, & strepitu, ideo sunt arcenda, quod, & ordinatum est in Conc. Tri. sess. 22. de obser. & euit. in celebr. Miss. §. ab ecclesiis.

† Et si ecclesia in sua fundatione habuit atrium designatum, inquiretur si ad præsens potitur, neue sit ab aliis occupatum, claudiq. omnino faciat, fenestras vicinorum, ex quibus ad ipsas ecclesias aspectus haberi potest, secundum ordinationem Pii V. Pont. Max. publicatam in Anno Domini 1566. incip. vniuersis. Primo sui Pontific. &c.

## DE COEMETERIIS

Ecclesiarum.

## CAP. DVODECIMVM.

## S V M M A R I V M.

- 1 **C**oemeterium quando fuit inuentum: & unde dicitur. nu. 2.
- 3 **C**oemeterium habuit initium ab Abraam.
- 4 **C**oemeterium cui Ecclesia concedatur. Et ubi debet esse in ecclesia, nu. 5. Et quare benedicatur. nu. 6.
- 7 **C**oemeterium gaudet immunitate, vt Ecclesia.
- 8 **C**oemeterium polluitur per Ecclesiam pollutam.
- 9 **S**epultura tempore interdicti an detur in coemeterio.
- 10 **E**piscopus qua providere debet in coemeterijs.



**C**VM quælibet pars ecclesie visitanda sit, seruato ordine, proceditur ad visitationem cæmeterij, quod in omni principali ecclesia extat, & esse debet. † Nam & licet antiquitus nõ esset permillum sepelli in ecclesia cadauera. l. nemo Apostolorum. C. de sacrosanct. eccl. quod tamen personis dignis, & præstantissimis concessum fuit, c. nullus. 13. q. 2. Lapis in sua alleg. 83. nu. 6. sed religione christiana, ne ferarum more corpora christianorũ sepellirentur, introductũ fuit fideles omnes in ecclesia sepelli, per quadraginta passus ante maiore ecclesiã, per triginta in cappellis. 17. q. 4. c. sicut antiquitus, & hic locus cæmeteriũ dicebatur, ideo aliqua breuissime sunt attingenda. † Dicitur autem cæmeteriũ (vt nostri uolunt,) quasi cinisterium, quia ibi cinis mortuorũ teritur, vel dicitur a cinis quod est ante, quia ante ecclesias extat, vel a cinis, quod est dulcis, quasi dulcis statio animarum. & dixi in famil. sing. in l. c. nu. 29. & in sepulchris christianorum requies defunctorum est, dicit Beatus Ambrosius de offi. quẽ recitat Grat. 12. quæst. 2. c. aurũ, uers. nemo potest dicere, sed uera Etymologia est ut dicatur a uerbo Græco *κοιμησις* id est dormio; quia ibi mortui dormiunt, quousque tuba canet: Surgite mortui, uenite ad iudicium, & uide Gemin. in c. unico de consecr. Eccle. uel alt. lib. 6. † Habuit autem initium cæmeterium ab antiquo, & primo illo Patriarcha Abraam, qui emit agrum ab Ebron, in quo erat duplex spelunca. Ioan. de Sel. in suo trac. de benef. 1. parte s. v. nu. 87. cũ seq. & patet Genes. cap. 25. ubi dicitur esse in agro Ephron, dicitur autẽ ibi de Abraam, & deficiens mortuus est in senectute bona prouectæq. ætatis, & plenus dierũ, congregatusq. est ad populũ suũ, & sepelierunt eum Isaac, & Ismael filij, in spelunca duplici, quæ posita est in agro Ephron filij Seor Hethei, e regione Mambre, quam emerat Abraam, a filijs Het, ibi sepultus est ipse, & Sara uxor eius. † Nec est uerũ omnẽ ecclesiã posse habere cæmeteriũ, sed tantum habentem populũ, aut ex priuilegio concessum fuerit, ut in multis uidemus, aduertit Innoc. in cap. 1. de sepult. id enim ad parochos spectat, ratione sepulturæ, & suæ ecclesiæ parochialis, respectu finium limitatorum, qui non præscribuntur. cap. super eo. de paro. Nam Ecclesia sepeliens alienum parochianũ, cogitur restituere corpus propriæ ecclesiæ, & parochiæ, & quicquid eius occasione habuerit, de sepult. c. ex parte cum alijs. † Et hoc cæmeterium, debet esse circa ecclesiã. 17. q. 4. c. sicut antiquitus, licet propter fetorem uitandum possit esse remotus, sicut in Francia existere dicit, idem Innoc. in c. abolendæ. nu. 2. de sepul. ob quam causam scribit Fran. Ripa a Sãct. Nazar. in suo sollem. tract. de peste, vlt. par. nu. 99. cum seq. cum, & corpora insepulta reddant locũ contagiosum. ff. Ne quid in loc. publ. l. 2. §. idem ait, idẽ Ripa. nu. 143. uers. insuper, sed cæmeteriũ † benedicitur ab episcopo, non autem consecratur, ut fugiat inde habitatio immundorum spirituum, & fidelium corpora, usque ad diem iudicii requiescant in pace. Gul. in ration. lib. 1. capitulo 8. num. 26. & tunc separatur ab alijs locis ab episcopo



episcopo. i. 3. q. 1. c. honorum fidelium, nec ante ipsius benedictionem possunt ibi defuncti sepelli, c. nemo de consecr. dist. 1. esset enim tollere iuamen, quod recipiunt ex benedictione apposita per episcopum ex causa praedicta, nisi ratione imminentis pestis, & continuæ mortalitatis id fieret, vt quia cœmeterium non capax vel ad remouendum aliorum in fe-  
 7 ctionē, si ibi sepellirentur. † Gaudet itē cœmeteriū eadē immunitate, sicut, & ecclesia, vt de atrijs supra cap. prox. nu. 7. dictum est. Abb. in c. cum ecclesia. 2. not. de immun. eccl. vbi notanter dicit, si alicui est interdictus ingressus ecclesiae ergo, & cœmeterij, allegat, de sentent. excom. lib. 6. c. si is cui, sic etiā si ecclesia interdicta esset, ex maiori rōne, quia caput, & primum esse cœmeterij, & cum sit interdictum locale, omnia connexa secum trahens, quando tamen interdictum est publicatum, vt infra suo  
 8 loco dicemus. † Inde insurgit ratio euidētissima, quod polluta ecclesia est pollutū, & cœmeteriū, licet nō e cōtra. de consecr. eccl. vel alt. c. si ecclesia lib. 6. quia cū sit accessoriū ad ecclesiam, vitium ipsius non transit ad principale, scilicet ad ecclesiam, nec minus dignū trahit ad se maius dignū, quod est cōtra, in ecclesia trahente ad se cœmeteriū. docto. eo. c. si ecclesia. Sylu. in hoc verbo, & sic in practica seruamus, & in facto ad reconciliationē vtriusque processimus quādo ecclesia erat polluta nō e cōtra. idque etiā per sepulturā excommunicatorum procedit, c. consului, cum glo. de consecr. eccl. vel alt. & de sepult. c. sacris, vbi glo. dicit cœmeteriū dici aureā terram, quia prae-

ceteris est pretiosior. † Et ex eadem simili ratione interdicta ecclesia, est interdictum cœmeteriū, nec possunt ibi sepelli corpora defunctorum, tā in loco interdicto respectu sui, quam respectu certarum personarum. tab. interdictum. v. nu. 12. & ratione sepulturae. Ioan. de Plat. de excommu. §. 5. nu. 3. Ioan. de Selu. de benefi. 1. parte. q. 5. num. 9. & supra. num. 6. quod in foraneis ecclesijs fortius est attendendum, ex multis, quæ vidimus frequentius occurrere. † In visitatione igitur praedicta episcopus facta generali absolutione pro mortuis, iuxta ritū Pontif. libri, supra c. 3. nu. 14. inquirat in ipsis cœmeterijs antiquū morē sepelliēdi, si forsan sit intermissus, prohibeat in eis tractari aliquod prophanum, indecens, & in honestū, venialia omnia abiciantur, detestetur prauus ille abusus supra cœmeteria bacchanalia fieri, cibos, potusve frequentari, cessent negociationes, maxime nundinarū, tumultus iudicij secularis, strepitusque quiescāt, nullaq. causa per laicos exciteē, omnique processu denique annullato. c. decet. de immuni. eccl. lib. 6. Abb. in c. cum ecclesia. in prin. nu. 1. eod. titu. & vbi ipsa cœmeteria sunt extra ecclesiam, procuret claudi, & portis, clauibusque firmari, nec aliquibus maleficis, strigis, magis, facilis sit aditus, ex multis obscænis, quæ audiui-  
 mus tractari, aliaque necessaria prouideri, prout loci aspectus suadebit, nec reparationem, si qua est facienda, retardari permittat, foueque accommodetur, & cætera ex prudentia suppleat, maxime aliquod sacrificiū Missæ pro ipsis animabus, quæ in purgatorio nostra suffragia expectant, iux-  
 ta



ta illud Iob lamentantis, cap. 19. mi-  
seremini mei, miseremini mei, saltem  
vos amici mei, quia manus domini

retigit me: omnes amici sumus, quia  
vnus alteri proximus. Matthæ. ca-  
pit. 23.

## DE SACRISTIA, ET

eius Visitatione.

## CAP. DECIMUM TERTIVM.

## S V M M A R I V M .

**S**acrista, quis dicatur, & quod  
eius officium. nu. 2.

Sacristia in quibus est visitanda: et que  
episcopus debet in ea ordinare. n. 4.

**Q**VIA distincta sunt officia  
in Ecclesia, vt sciat vnus-  
quisque quod ad se perti-  
net exercere. 25. dif. c.  
perlectis. Ideo visitaturus  
episcopus sacristiam videbit. † Quis  
sit sacrista præpositus, si sufficiens, ido-  
neus, fidelis, quia ad ipsū ptinet gene-  
ralis custodia sacrorū vasorum, vesti-  
mētorū ecclesiasticorū, totiusq. the-  
sauri ecclesiast. c. vnico de offi. Sacr.  
qui, & thesorerius solet dici, siue cu-  
stos, s̄m̄ varias cōsuetudines, & eccle-  
siarū, & locorū ( aliquando diuer-  
sum eorum officium. ) Host in sum.  
eod. tit. quia in multis est thesorerius  
vnus de principalibus canonicis, &  
sacrista in suo officio, & poenes quē  
totius ecclesię custodia manet. † Ipse  
enim debet habere onus providen-  
di necessaria pro seruitio ecclesię, 4  
& cultus diuini, ornare ipsam eccle-  
siam, altaria secundum decentiam fe-  
storū, ecclesiam mundam tenere,  
signa pro horis dicēdis denotare. ta-  
bellas affigere pro Missis, anniuersa-

rijs, & officijs defunctorum, renoua-  
re aquam, fontem purgatum tenere  
pro lauandis manibus, & alijs neces-  
sarijs, prout hæc, & alia de ipso colli-  
guntur per S. Ant. in 3. tit. 19. cap. 9.  
& ex synod. prouinc. Mediol. 2. part.  
tit. 40. fol. 110. † Videat diligēter si in  
ipsa sacristia (tā in cathedrali, quā in  
alijs) adsunt paramēta, ornāmēta, va-  
sa sacra, calices, patenæ, cruces, am-  
pullæ, cādelabra, turribula, nauiculæ  
cū ipsis coclearibus, bacilia, capsę, v-  
bi omnia reponantur, sint lāpades, sa-  
cræ vestes ad qualitātē sufficientes,  
amictus, albæ, cinguli, manipuli, stolę  
capsulæ, dalmaticæ, tunicellę, pluui-  
lia, tobaleæ, lintea, pallia, vestelq. al-  
tariū, secundū qualitatem ecclesia-  
rū, & reddituū, & populum, & si om-  
nia munda, & nitida ab ipso tenent.  
† Prouideat, vt sint libri necessarij,  
Añaria, lectionaria, gradualia, psal-  
teria, martirologia, breuiaria, missales  
& de nouis editis ex dec. Cōc. Tri. iul-  
su Pii V. Pont. Max. 1568. & 3. sui  
Pontif. nec desint baptisteria se-  
cundum



cundum morem Romanæ ecclesiæ, quæ omnia cum supradictis ad no- tentur in inuentario ipsius ecclesiæ, & si opus fuerit pro modo facultatū habeantur necessaria de libris, & ve- stibus, iux. qualitatem colorum, qui- bus vtitur sancta Romana ecclesiæ: nec ipsa bona faciliter extrahantur, aut accommodentur, adsint purifica- toria, vela pro crucibus, & calicibus,

bursæ corporalium, nec patiatur ve- stimentis festiuis vti diebus ferialibus & ex practica alia, quæ viderit esse opportuna, maxime construatur ora- torium ad quod sacerdotes genufle- xi finita Missa, & ante reddant gratias Deo Opt. Max. ipsumq. precetur pro beneficis acceptis, sit fons seu, lauato- rium pro manibus, cum suo sacrario, vt infra etiam dicemus.

## DE CAMPANILI, ET CAMPANIS.

## CAP. DECIMVMQVARTVM.

## S V M M A R I V M.

- |   |   |
|---|---|
| 1 Campanile dicitur construi ad ho-<br>norem ecclesiarum.                     | 11 Campanella pulsatur in eleuatione<br>corporis Christi.   |
| 2 Campana vnde dicitur, ad quæ signa<br>pulsatur, nu. 3.                      | 12 Campana non pulsantur tempore in-<br>terdicti. Licet possit predicari ver-<br>bum Dei, nu. 13. |
| 4 Possessio beneficij denotatur per pulsa-<br>tionem campana.                 | 14 Sarraceni non vtuntur campanis, et<br>quare & quibus signis vtantur lo-<br>co ipsarum.         |
| 5 Campana debent esse in omni ecclesia,<br>& quid in oratorijs.               | 15 Episcopus in visitatione campanarū<br>ad quæ aduertat.   |
| 6 Monasteria quot campanas debent<br>habere.                                  | 16 Oratio dicenda ad pulsationem cam-<br>pana pro virgine sero, & mane.                           |
| 7 Campana quare benedicuntur? Et<br>quomodo pulsantur pro mortuis.<br>num. 8. |   |
| 9 Campana prolixius sonantur in fe-   |   |

**A**D decorem, honorem, & or-  
natum ecclesiarum. † Et ad  
magnam deuotionem præ-  
ferentes Christiani in ædi-  
ficatione ipsarū, in omnibus fere con-  
struunt campanilla seu pinnacula,  
etiam in excessiua, & pulchra, & mi-  
ra altitudine, vt scribit, Cassan. in sua  
glor. mund. part. 12. confid. 63. va-  
rijs campanis ornando, quæ, & post

modum pars ecclesiæ dicuntur, ideo  
visitatione indigent, & de quibus  
primo dicitur. † Quod campana di-  
citur a campania, secundum Abb. in  
capitulo primo de offic. custod. ex eo  
quod ibi primum eius vsus fuerit, &  
Gul. in ration. libro primo, capit. 4.  
Ciuitati Nolanæ tribuit, licet de mi-  
noribus vasibus, & exinde populus  
ad diuina conuocatur, sicuti in vete-  
ri



ri testamento, vt legitur in lib. n. c. 10. per tumbas argenteas, & ibid. n. 3. & n. 11. de sex generibus tintinnabulo-  
 3 rum quibus vtitur ecclesia. † Per cuius campanæ sonum plura significan-  
 tur, vt cōgregandi Concilium, exeun-  
 di ad bellum, horarū, gratiarum, actio-  
 nis, pro funere alicuius, excommuni-  
 cationis, gaudij, honoris, alicuius per-  
 sonæ intrantis in Ciuitatem, item ad  
 ignem extinguēdum ad tempestates  
 remouendas, lectum intrandi, vniuer-  
 sitatem ad parlamenta conuocandi,  
 festa designandi, clerum ad capitula,  
 Missas aliaq. diuina officia immitan-  
 di gl. per illum tex. in c. si capitulo de  
 concess. præb. lib. 6. ad mouendum se-  
 ditionem, vt pluries videmus pulsādo,  
 & clamando, all'arme, all'arme  
 super quo, sine licentiā est pœna capi-  
 titis. Albe. de Ros. in l. capitaliū §. so-  
 lent. ff. de pœnis. Cassan. in consuet.  
 burg rub. 1. nu. 50. Boss. de crim læs.  
 maiest n. 35. Item dandi dominiū ali-  
 cuius ciuitatis. alicui cum acclamatio-  
 ne campanarum, & cum lætitia viuāt  
 viuas dñs. l. 7. C. de q. lib. 12. Boer. in  
 tract. de cust. clau. fol. 12. col. 1. in ve-  
 teri testamento consuetum, cum Po-  
 pulus habito Rege Saule a Domino  
 per medium Samuelis Prophetæ cla-  
 mauit. Viuat Rex. legitur lib. 1. Reg.  
 4 c. 10. † Item, & eius sonus signum est  
 possessionis accipiendę in beneficio,  
 vel adeptæ, vt cōiter obseruamus, cū  
 ad ecclesiam, ex eo itur. not. Rebuff.  
 in sua pract. ben. de mis. in pos. n. 32.  
 quod est notādum, sicuti de baroni-  
 bus. & domicellis, qui in signum do-  
 minij alicuius castri noui coram vas-  
 falis, accipi pugillum terræ solitum  
 est, & postea ad castrum, cum accla-  
 mationibus, & fragantibus rumori-

bus, vel quando ad rumores homines  
 vocantur, vt superdictum est: & not.  
 Moder. campan. in c. regn. 8; . & in  
 multis monasterijs ad silentium indi-  
 cendum. † Et debēt campanæ esse in  
 omni ecclesia & beneficio. Io. de Sel.  
 de benef. r. p. q. 5. n. 82. publice tamē  
 & in oratorijs non possunt haberi si-  
 ne licentiā episcopi. de priuil. c. pa-  
 tentibus, vbi bonus text. & allegat  
 Alph. Aluar. in suo Spec. c. 13. fol. 37.  
 vbi arguitur posse procedi contra  
 exemptos per gl. quia in ipsis datur  
 subiectio, & sumus in quibus auctori-  
 tas episcopi ad denotandum locum  
 sacrum requiritur: ergo priuatus non  
 potest ad libitum campanas erigere.  
 6 † Monasteria vero vnam tātum cam-  
 panam deberent habere, ex quo non  
 habent populum, vt dicit Abb. in d.  
 c. patentibus. de quo scribit Alb. fuisse  
 maximam quæstionem in curia  
 Romana, sed experientia docet, q̄ nō  
 vna contentantur, sed plures volunt  
 habere, & grandes contra constitut.  
 Io. 22. sum. Pont. in extrauag. quia  
 cunctos, §. Nos, præmissis de offic.  
 cust. in com & pluries sunt ecclesiæ  
 monasteriorum habentes maiores in  
 numero, quantitate, & magnitudine  
 campanas, quam nō habent ecclesiæ  
 cathedrales, sed illas pulsare non de-  
 bent, nec possunt in sabbato maioris  
 hebdomadę, antequā pulsentur in ec-  
 clesia cathedrali, vel parochiali, aut  
 matri, propter honorē ipsius eccle-  
 siæ cathedralis, & matri ex const.  
 Conc. Later. sub Leone X. an. 1516  
 incip. Sacro approbante, § & vt debi-  
 tus sub pœna ducatorū centū, q̄ est  
 7 notandum. † Exorcizantur autem, &  
 benedicuntur campanæ, vt per illarum  
 sonitum expellātur hostes exte-  
 rius,



rius, & omnes insidiæ inimici, fragor grandinum, procella turbinū, impetus tempestatum, & fulgurū infesta tonitrua, & ventorum flamina, suspēdantur, spiritus procellarum & aereę tēpestates prosternantur. Gul. vbi supra Viguer. in cathol. instit. de exorc. verl. 3. nu. 217. l. 6. & tū fideles audiētes sint intenti orationibus, pro imminentibus periculis. Io. de Selu. ead. q. 5. vers. quartum requisitum ideo dicimus prohibitum esse campanarum signo vti ad significandum iustitiam dānatorum, prout etiam id aduertit in synod. prou. Medio. quod nec bene seruatur. † Cum vero pro funere, & exequijs pulsantur, varie obseruatur, vt p̄ sacerdote tot vicibus, quot ordinibus est insignitus, & vltimo omnes, & sic in omni ecclesiastico eadē ratione attēta, pro laicis masculis ter sonātur, pro feminis bis rationē assignat Io. de Sel. in ipsa q. 5. & tunc populus orat pro eius anima, vt Deus accipiat eā in sancta pace, & obseruatur in multis ecclesijs, in alijs non, sed indistincte, ex inaduertentia potius, quam ratione particulari. † In festis, & dominicis diebus debēt campanæ prolixius sonari, quam in alijs ferialibus, cum iisdem diebus omnes tenentur ad ecclesias sub præcepto accedere ad Missas audiendas: per earum fortem, & durabilem sonitū excitantur dormiētes, & pigri, quia iā tēpus est de somno surgere. Apostol. ad Rom. c. 13. quibus diebus ab ecclesia ordinatis, omnes fideles in vnum in ecclesia vniti laudes Deo debitas persoluerent, & ad imitationem cælestis illius exercitus cātantis cōtinuo. Sanctus, Sanctus, benedictus qui venit in nomine domini &c. † Sitēt

autem campanæ triduo ante Pascha cū eo tempore per mortē Christi filuerint Apostoli & prædicatores per campanas designati iux. illud in omnem terram exiuit sonus eorū & in fines terræ verba eorū & quia Domino tradito a Iuda ingrato oēs dereliquerūt eum. Matr. cap. 26. idq. etiā per denudationem altariū significatur in 5. fer. maior. ebdom. Gul. in ration. lib. cap. 76. non autem dereliquit eum Gloriosa Virgo eius mater de qua canit ecclesia.

*Stabat mater dolorosa,  
Iuxta Crucem lachrymosa,  
Dum pendebat filius.*

Sicuti de omnibus candelis extinctis in eius officio, præter vltimam denotantem fidem, quæ in sola Virgine remansit, per quam postea omnes fideles edocti, & illuminati sunt. Gul. eod. lib. 6. c. 72 nu. 24. & sic nūquā deficiet fides Petri, quia Christus orauit patrem. Luc. c. 22. † Sed campanella pulsatur ad elevationē sacratissimi corporis Christi, & dum ducitur sancta Eucharistia ad infirmum, vt eius sonitu præmonitus populus sit præparatus ad adorandum dominū nostrū Iesum Christum Regē Regū, & dominū Dominantiū in salutarī hostia contentū. Gul. eo. trac. lib. 4. cap. 41. in fine conuenit, vt signa præcedant, tubæ canent, omnia moueantur, cū transit salutaris hostia, & viaticum cuiuscūq. fidelis, nam, & magnos (in multis videmus) terrestres, tubam sonantē præcederet, vsus multorum habet: & intrante ipso Domino Hierosolymam commota est vniuersa ciuitas dicens; quis est hic? Matth. cap. 21. Tempore tamen interdicti campanas pulsari non per-



permittitur, cum sit prohibitus ingressus, silentium tenetur. Calder. de inter. nu. 45. & sic non completur officium vocandi gentes ad ecclesiam, quamuis pulsentur sero, & mane pro salutatione Angelica, potius consuetudine, ut dicit quidam doctor, quā de iure, admittitur tamē propter honorē gloriosæ Virginis, ut a cunctis laudetur, & veneretur, pariterq. præcetur pro nostris necessitatibus. de quo infra hoc lib. cap. 20. nu. 31. & supra cap. 11. nu. 4. † Pro prædicatione verbi Dei conceditur, quia, & ipsa non impeditur causa interdicti lati, unde sonari potest, dummodo non fiat in fraudē. not. Cald in clem. 26. quæst. de sent. excommun. argu. cap. responso eod. tit. quia verbi Dei multo plurius est necessaria prædicatio, ut non minus verbum Dei, quā corpus Christi. ex August. 1. q. 1. cap. interrogo. ex multis vtilitatibus inde provenientibus de quibus infra. c. 18. differitur, cum gentiles, & alij infideles admittantur ad audiendum verbum Christi de conf. dist. 1. c. episcopus nullū, & hoc de interdicto, tam de generali, quam de particulari respectu illius ecclesiæ, seu loci. † Sarraceni vero (apud quos nihil boni inveniri potest, quod sit eis meritorium ad vitam æternam cum sint extra ecclesiam per S. Thom. 2. 2. quæst. 10. art. 4.) non utuntur campanis, licet eas multum commendent, sed loco ipsarum faciunt certa signa, quæ notanter scribit glo iuris nostri, in clem. 1. de iud. & sar. in illis verbis Zabazala, per suos sacerdotes supra turrim mesquitā quadratam, submittens verba vocantia populum, quo conuento docent ipsi legem, quam habent in

Alcorano, sicuti Iudæi in falsis libris Talmut, Sebamoth, Abodozera, cum alijs enumeratis per Marquad. Susan. de iud. & infid. 3. par. cap. 1. num. 49. † In his igitur visitandis inquirat episcopus locum campanilis, si campanæ sunt benedictæ, & quidquid ad pulsationem campanarum pertinet, adsint necessaria, provideatq. ut sacristæ siue alij, ad quos spectat, eas sonent iuxta varietatem temporum, & dierum, & festorum, & iuxta laudabilem consuetudinem ecclesiæ ad Missas, ad officium, ad horas, & ne prætextu pulsationis ipsarum, aliquid cæturpis quæstus solvatur, vel extorqueatur, & præsertim quod summo mane, meridie, & sero pulsetur campana ad orationem dominicam, & salutationem Angelicam dicendo illos versus. † Ad primū. Angelus Domini annunciauit Mariæ, & cōcepit de spiritu Sancto. Ad secundum. Ecce Ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum. Ad tertium sonum. Et Verbum caro factum est, & habitavit in nobis, dicendo in vno quoq. versu, Semel salutationem Angelicā, vel ad gratiarū actionem, quā quotidie Deo habere debemus, ne reddamur ingrati pro tantis beneficijs nobis collatis, & etiam orando contra imminencia pericula, illudq. statuatur, ut congruenti ordine pulsantur paulisper ante Missas, officia, horas, ut clerici conveniant in choro & si qui sunt laici, se preparēt ad audiendas laudes diuinas, neq; ad alias personas pateat aditus, ut maleficis, strighis prohibeatur accessus, ad hoc ne quid obscenum in eis committant, ut scribit Paul. Grill. de sortileg. quæst. 11.



## DE ECCLESIA CATHEDRALI EIVSQ.

capitulo in particulari.

## CAP. DECIMVMQVINTVM.

## S V M M A R I V M.

- 1 **C**apitulum Romana de censib. lib. 6. in quibus ecclesiis procedat.
- 2 Capitulum facit vnum corpus cum episcopo.
- 3 Capitulum ne visitetur ab episcopo, quouis modo se tueri non potest.
- 4 Ecclesia cathedralis que aicitur.
- 5 Dignitates ecclesiasticae sunt visitanda. Et ex quibus arguantur. nu. 6.
- 7 Dignitates ecclesiasticae quibus sunt conferendae.
- 8 Dignitatum insignia sunt examinanda.
- 9 Insignia sunt inducenda loco meritorum.
- 10 Canonici quales, & quot sint debet attendi. Si supernumerarii. n. 11. Si est eis annexus ordo sacer. nu. 12. 13.
- 14 Canonici admittendus ad vocem debet esse saltem subdiaconus.
- 15 Fidei professio facienda est a canonicis, quando, quomodo, & coram quibus.
- 16 Canonici debent per se seruire in diuinis, & non per substitutos, & quomodo stare in choro.
- 17 Residentia est facienda ab omnibus canonicis in ecclesia. nu. 18.
- 19 Ambrosius Catharinus episcopus Miorenfis magnus Doctor, & Theologus.
- 20 Canonici si habent alias ecclesias curatas, quomodo re fidere tenentur, num. 11.
- 21 Concilium Tridentinum quando confirmatum a Pio IV. & a quo die cepit ligare.
- 22 Canonici, & ecclesia curata sunt incompatibiles.
- 23 Episcopo in sua diecesi, ubiq. primarius locus est dandus.
- 24 Distributiones quotidiana debent esse in omni principali ecclesia, & quibus danda, & quid faciendum ubi non sunt.
- 25 Capitulum quando conuocandum ab episcopo.
- 26 Capitulum quibus diebus celebrandum, & ubi.
- 27 Capituli statuta sunt examinanda.
- 28 Punctatores duo creandi in capitulo & quod eorum officium.
- 29 Ratio administrationis rerum capituli est inquirenda in visitatione, quomodo, quando, & circa qua.
- 30 Capitulum si sede vacante administraverit res ecclesiae tenetur reddere rationem episcopo succedenti.
- 31 Capitulum in creatione officialis sede vacante, que attendere debet.
- 32 Capitulum debet construere archiuum in ecclesia.

F

Ecclesia



- 34 *Ecclesia debet habere dotem competentem.*
- 35 *Ceremonie inducte a sancta ecclesia sunt in diuinis seruanda, & qua vitanda.*
- 36 *Sacramentorum minister in ipsa ecclesia cathedralis qualis esse debet.*
- 37 *Regula generalis non potest includere qua particulariter sunt tractanda.*

**S**equendo ordinem c. Romana, de cētib. lib. 6. † Qui text. etiā in episcopis locū habet, licet de Archiepiscopo loquat̄, put in c. 1. in fi. statutū est, vt in ordinarijs intelligatur forma tradita nunc .n. sumus in viridi visitationis in quo reponendo pēdet omnis fructus, ideo succedit videre in particulari, qualiter episcopus visitabit suam ecclesiam cathedralem, suumq. capitulum, seruatis tamen omnibus prædictis in superioribus ( quæ primum sunt attendenda, & inquirenda pro statu, & reformatione generali. ) †

Capitulum enim cum episcopo facit vnū corpus, de his, quæ fiunt a Præl. c. nouit. vbi p. Abb. q. canonici exinde dicuntur fratres episcopi, sicuti Cardinales fratres Papæ. cap. 2. de offic. lega. lib. 6. vt a capite procedat ipsa correctio ad mēbra. gl. in eod. c. Romana. in verbo prius. capite enim languescente, faciliter cætera mēbra corporis inficiuntur, cap. sunt pluri. mi. §. verum. 6. q. 1. quod namq. nobis licere non patimur, aliis indicamus, & Principem profiteri legibus se alligatum digna vox est, l. digna. vox. C. de leg. & constit. † Nec potest capitulum, seu illius personæ, quouis modo se tueri, quo minus a suis superioribus non visitentur, toties, quoties eis videbitur, etiam auctoritate Apostolica ex decreto nouissimo Conc. Trid. sess. 6. de refor.

c. 4. & sess. 25. de refor. gen. c. 6. hoc tamen addito, q. quando extra visitationis generalis actum procedit episcopus, eligantur duo de capitulo, de quorum consensu procedatur. eod. cap. vers. ita tamen, etsi maiorem habent potestatem episcopi, ex cōstitutionibus forsan, priuilegijs, consuetudinibus, eōcordijs, aliove quouis modo, vtantur item, nec restricta per eadem capitula est potestas, ex notab. tex. eiufd. capit. §. hæc autem. Dummodo non simus in capitulis habentib⁹ priuilegia sedis Apostolicę (pro ut in Hispania multa adsunt.) † Dicitur autē ecclesia cathedralis cōmuniter habens episcopum, a qua omnes aliæ totius diœcesis normā accipere debēt, sic sumitur in Cōc. Trid. sess. 6. de reform. c. 1. & sess. 7. eod. tit. cap. 1. Vnde cathedralis, id est episcopalis. doc. in c. ne pro defectu, de elect. & dicit Jo. And. in c. statutum, super verbo cathedralium, de rescrip. lib. 6. etiā quod sit pauperrima & cōfirmantur prædicta. in cap. pro deliberatione, de offic. leg. eod. lib. & magnus vocatur ille Rex, qui in suo regno plures habet ecclesias episcopales, quia tunc dicitur habere prouinciam competentē, quod non est in Rege Boemiæ, qui vnā tantum habet ecclesiā episcopālē, scilicet Pragensem, refert Carol. de Grass. lib. Regal. Fran. primo iure, fol. 9. & quāuis dubitent Docto. si appellatione cathedralis



thedralis ultra episcopalem, veniat  
 Metropolitana, omnes concludunt,  
 quod non, in cap. quamuis, de præb.  
 lib. 5. vbi per separationem, & disiu-  
 etim nominat, & iisdem verbis uti-  
 tur text. eiusd. cap. 1. sess. 6. alleg. ibi  
 Metropolitanis, & cathedralibus ec-  
 clesijs. † Primo ergo visitantur, digni-  
 tates, quot sint in ecclesia, quales, que  
 prior, quæ secunda, quibus præemi-  
 nentius fungantur, quæ fuit earum in-  
 stitutio. Namq. iuxta decretum Cōc.  
 Trid. sess. 24. de reform. gen. cap. 12.  
 dignitates in ecclesia (præsertim ca-  
 thedrali) sunt institutæ ad augendam  
 & conseruandam ecclesiasticam di-  
 sciplinam, & dicitur dignitas in gene-  
 rali, compræhendens quemlibet gra-  
 dum præminentia, vt personatum,  
 officium, & simil. vt est dictum in fa-  
 mil. sing. in l. d. num. 66. fol. 168. & in  
 trac. de dignit. eccles. 1. par. cap. 1.  
 † Cognoscuntur autem dignitates esse  
 in ecclesia ex tribus, primo ex ad-  
 ministratione rerū ecclesiasticarum,  
 cum iurisdictione, sed hoc primū ple-  
 rumq. fallit, ideo secundo, ex præro-  
 gatiuis in choro, & in capitulo, voce  
 loco, sessione, præcedentia, quod ex  
 tertio suffragatur, quia ex consuetu-  
 dine ecclesiæ habentur pro dignitati-  
 bus Archid. domi. in c. 1. de consuet.  
 lib. 6. & in dist. sing. & c. 1. ex quibus  
 duobus vltimis iudicatur vere de per-  
 sonalibus, & officio, quæ si concu-  
 rant, dicantur dignitates. domi. ibid.  
 nu. 8. & consideratur si hæ dignita-  
 tes sunt in esse, & in actu, secus si in  
 habitu. dom. Anto. de Butr. in alleg.  
 cap. deliberatione. num. 10. de offic.  
 leg. 6. & hoc de consuetudine trahūt  
 multi, etiam si non ex longeuo tem-  
 pore, sed quia communiter omnes

ita reputant, vt communis error fa-  
 ciat ius l. barbarius, de offic. præsid.  
 ff. sed caue ab hoc vltimo, nam dispo-  
 sitio. l. barbarus, procedit in tempora-  
 libus, nō autem in spiritualibus. Ang.  
 ibid. Socci. in fall. alleg. Gomez. in re-  
 gul. cancell. de publ. res. qd. 3. fol.  
 472. † Secundo inquirendum est, si  
 ipsæ dignitates, maxime curam ani-  
 marum habentes, sint collatæ perso-  
 nis idoneis, & sufficientibus, doctrina  
 ad suum munus exequendum. cap.  
 cum in cunctis, cap. cum dilectus, de  
 elec. sicut de Archidiaconatu dispo-  
 nit Conc. Trid. eod. cap. 12. §. Archi-  
 diaconi etiam. & ex ea ratione, quan-  
 do alia dignitas ab ea dignitate Ar-  
 chidiaconatus est prima in ecclesia.  
 Dignitas enim a digno descendit. Ge-  
 mi. in cap. si forte. nu. 6. de elect. lib.  
 6. (dixi curam animarum,) ex eo qd  
 sunt dignitates, absque eo, quod is,  
 immineat aliqua cura animarum, iux-  
 ta cap. 1. de ætat. & qualit. eod. lib. &  
 dignitas, & personatus possunt esse  
 sine cura, remota opinione dicentū  
 secundum D. Anton. ibid. qd dignitas  
 dicebatur cum cura, personatus absq.  
 & ibi not. ecclesijs parochialibus æ-  
 quiparari dignitates, qd esset vtile ad  
 multa, de ætate, tempore, & ordine,  
 vt poteris videre per docto. post glo.  
 & eod. cap. 12. §. ad cæteras. Concil.  
 Trid. est expressum, dum dicit ad cæ-  
 teras autem dignitates, vel persona-  
 tus, quibus animarum cura nulla est,  
 & qd sint sufficientes, qui prouidētur  
 id fortius stringit, cum alijs præesse  
 quodammodo dicantur, vnde debent  
 concurrere merita, & officia tali præ-  
 mio digna, vt actiones animi in di-  
 gnitates habentibus sint pulchriores  
 & decentiores corporis actibus, quā-



to animus est ipso corpore præstantior in dictis, & factis. Secundū Tull. in lib. de offic. † Et cum obtinentes ipsas dignitates, & personatus soleat deferre aliqua insignia, debet episcopus, seu alius visitans examinare, & inquirere, quæ ipsa sint, quove tempore introducta, si honesta, ne nimis exorbitantia, ne auctoritate propria inuenta, si deferant tempore, & loco requisitis, vt a cæteris de clero distinguantur, & admoneantur, q̄ sicut signis cognoscuntur maiores, sic moribus, & honestate alios præcellant, vt eis bene sint collatæ dignitates, & ne maiori reddantur correctione, quia sunt positi in alto, sicut candelabrū in domo, vt omnes videant lucē appositam. Matth. cap. 5. † Et quia loco meritorum hæc insignia a iure introducta legimus l. prima. C. de diuers. off. & appar. lib. 12. de consule eis vtente, vt ab alijs cognoscatur scribit Vlpian. in l. secunda. ff. de his, qui not. inf. vt ex qualitate ornamentorum iudicetur quædam maioritas circa alios. argumen. cap. ad apostolicæ de priuil. lib. 6. recenset dom. Mari. Freccia noster patruus bon. mem. de subfeud. lib. 1. de Duce. n. 42. Cassan. in sua glor. mund. 1. par. conf. 38. & 4. par. confid. 31. & si alius vteretur non habens ius, vel contra institutionem, non dubium, quin potest de falso puniri. per l. eos. §. si. ff. de fals. vbi optime not. Bar. & Abb. in cap. 1. de cler. non ord. min. † item est videndū si sunt canonici præbendati, quot, & quanti præbendati, expectantes qui eorum numerus requisitus, ex quibus fit capitulum, & quot alij extra capitulum, si sunt recepti aliqui ultra numerum, nec sunt fructus præben-

darum super excrecentes: per receptionem namque vnus ultra numerum dicimus abrogatum numerum. Vnde in impetratione gratiæ in ecclesia numerata, debet fieri mētio de numero ipsorum canonicorū. doct. in cap. cum. m. de consti. & si in receptione alicuius aliqua est seruata forma discutatur, & examinetur, siue recipiatur per publicam admissionem, & confirmationem superioris: sin vero numerus canonicorum est determinatus cum iuramento, vel longissimo tempore confirmatus, non licet sine licentia accipere. Abb. in cap. dilecto lo. 2. de præb. nec numerum sic determinatum suppressere possunt sine licentia eiusdem Do. Pape, vt Neapoli de proximo euenit, vbi in ecclesia Metropolitana ex antiquissimo fuerunt quadraginta Canonici, licet non omnes præbendati, nunc vero supplicatum est Pontifici, & reduci ad triginta, & bona, redditusq. ipsorum decem incorporari triginta superstitibus, iuxta not. in dicto c. cum. m. Dom. Papa concessit ex narratione facta, & multis displicuit, quia fuisset alius modus prouidendi, si tanta paupertas imminebat in facto (& ipsi Canonici procurare non debebant) quemadmodum forsitan alius Archiepiscopus inueniet, & numerū antiquum reddi procurabit, quod his temporibus non creditur futurū, in causa est text. quia non Hierosolymis fuisse, sed Hierosolymis bene vixisse laudādum est, duodecima questio. 2. cap. gloriosa, in fine, nec satis est bene velle, nisi studeatur etiam benefacere. 86. distinctio. c. non factis. † Inquiratur etiam si sunt canonici supernumerarij, qui licet de præben-



præbendis adhuc non potiantur, habeant distributiones quotidianas, secundum vnam opinionem Inno. quoniam sunt ex capituli voluntate. doct. in d. c. cum m. cum sit aliquis, & non tamen præbendatus. c. statutum de rescript. lib. 6. cui, quā citius fieri potest, prouideri debet, cum data receptione in canonicum non debet carere præbenda. iux. tex. in c. cū super, de Conc. præb. & si is, qui dignitatē, canonicatumve habet, suo fungatur munere, & ordine, ne quis gradu suū excedat, sed loco proprio sit contentus. † Si ipsi canonicatus habent annexū ordinem sacrū, & modo sit aliquis obtinens non initiatus eo ordine, infra annum cogat præcise ad id obseruandum, sub pœnis suo arbitrio non obstante quouis priuilegio, ex decreto Conc. Tri. sess. 22. de refor. c. 4. & alleg. cap. 1. §. nemo etiam, (in quo reformādo post Conc. Trid. studuerunt plati, & Neapoli in ecclesia Archiepiscopali id renouatū fuit ex studio Magni illius Alphonsi Cardinalis, vt in synod. Neap. tūc celebrata est videre. fol. 198. † Qui oēs canonici habeāt ordinē sacrū, aut saltē pro medietate ipsorū sint presbyteri eod. c. 1. §. in omnibus, & si antiquitus ex consuetudine plures esse presbyteros, ea omnino seruetur, (vt in hac ecclesia Sarnensi exprimeua institutione obseruatū est, neminē assumi in canonicum, etiam expectantē, qui presbyter non sit.) Hinc recte videmus, quam a ratione primitus erāt alieni multi, vt in pupillari ætate etiam constituti canonicatus forti rentur, etiam quod ordinem sacrum a sua primeua institutione requirerēt. doct. in c. ei, cui. de præben. lib. 6.

14 † Nec canonicus quilibet ad vocem admitti debet, qui non sit saltem constitutus in ordine subdiaconatus, iux. cap. ex eo. de electio. lib. 6. & Conc. Trident. eod. cap. 4. nec alii ex gratia hoc idem concedere possunt, aut permittere, quod vocem habeat, vbi videre poteris, ex quo lex requirit certam, & determinatam ætatem, prout dixit gloss. 2. in dicto cap. ex eod. & cum ad quamdam præminentiam dicatur asciri, & honorem, qui ad dignitates, & canonicatus vocatur. Domi. de Rot. de fil. presbyt. dec. 2. in princip. in nouis. de omnibus est notabilis cōstitutio in Conc. Vienn. in clement. 2. de ætat. & qual. innouata per idem cap. quartum, in Conc. Trident. sess. 22. adducta, & de dignitatibus est ætas requisita attingisse annum 25. gloss. in cap. statutum, in verb. dignitate, de rescript. lib. 6. per cap. cum in cunctis. de electio. vbi not. doctor. Statuendum est item

15 † & videndum in ipsis, vt quisque post dignitates adeptas, aut canonicatus, infra duos menses saltem a tēpore possessionis adeptæ in manibus episcopi, vel eius Generalis officialis publicam professionem fidei fecerit & in posterum faciat, spondendo obedientiam Romanæ ecclesiæ seruata formula tradita a Pio Quarto Pont. Max. in sua constit. incip. iniunctū nobis, ex decreto eius. Cōc. Tri. sessio. 25. de reform. gen. cap. 2. §. cæteri quoque, & si secus fuerit factum fructus non faciat suos, nulla suffragante eidem possessione, sed ipsi canonici etiā quod coram episcopo id obseruauerint, tenentur adhuc coram capitulo eādē fidei professionē. facere, per constitutionem eius. Cōc.



ead. sess. cap. 12. §. prouisi autem : & de simili professione erga sanctam Romanam ecclesiam est text. in cle. 1. in primis verbis de iur. iur. & vide in cap. 1. de sum. Trin. lib. 6. & in alia professione de regul. eod. lib. cap. 1. & 16 ne abu su quodam. † Cultus diuinus diminuat ab ijs, qui iure astricti sunt cogat ipsos omnes canonicos episcopus diuina per se, non autem per substitutos exercere, & sibi celebranti assistere, aut Pontificalia exercenti inferuire eod. c. 12. §. omnes vero, ubi subdit tex. quod in choro reuerenter, distincte, & deuote cantent nomen Dei, cum chorus ad psallendum sit institutus, non sint aliqui otiosi, desides, muti, aut loquaces inter se, in alijs non se implicant, non litteras legant, non libros, stent in habitu honesto, cum superpellicio, non teneant pileos, chirotecas, ut in omnibus modestos se preferant, & honestos, ne in poenam c. Missarum de celeb. Mis. incurrant: orent eodem loco, sedeant, surgant, pariter in eodem tempore, & ordine discedant, nec laicos secum stare patiantur. † Idq. summopere cauedum, ut iuxta decreta eiusdem Concilii. Tri. omnes canonici, dignitates, personatusve habentes resideant in eadem ecclesia, idest seruitium personale ibi praestent, sess. 6. de refor. c. 1. & 2. & sess. 23. eod. tit. & cap. & memorato c. 12. §. praeterea obtinentibus, & iuxta constitutionem Pij Quinti Pont. Max. incip. cupientes &c. 1568. pontif. sui an. 3. (quod in hac ecclesia nostra Sarnesi inuenimus multo ante fuisse statutum. in an. 1520. per episcopum Beltrandum Bo. me. inter alia capitula deleta in totum nomine substitutum ponere in seruitijs ecclesiae, & opti-

18 me seruatur.) † Ex quibus omnibus optime factum est omnes praedictos sicut & alios curatos sub poena teneri ad permanendum in suis ecclesijs, ut adimpleatur per eos dictum de ascendis ouibus, Ioan. cap. 10. de quo plena fuit discussio in Conc. Trid. ut scribit frater Do. Sot. celeberrimus Theologus, qui in eod. Conc. fuit in 1. congregatione sub Paulo III. Pont. Max. in lib. 10. de iusti. & iur. q. 3. ar. 1. cum plur. seq. Philip. Port. cons. 162 contigit dubitari. lib. 3. ut cura ecclesiae illi committatur, qui residere in loco, & curam eius per se ipsum valeat exercere, ut infra lib. 2. cap. 4. per c. quia nonnulli. de cler. non resid. & 19 eadem iura Conc. Tri. † Vbi, & alij multi disputarunt, inter quos Ambrosius Catharinus, olim episcopus Minorensis (quae ciuitas est prope nostram Rauellensem) postea Archiepiscopus Compfanus, vir alioquin in sacris litteris admodum eruditus, qui cum magnus esset iuriconsultus, & in omnibus studijs dictus Lancelletus Politus, voluit et senex fieri magnus Theologus, ut dicit idem Sot. in lib. de nat. & grat. & ead. 5. qu. asserit se cum eo de multis disputasse: erat .n. vir accerrimi ingenij, & ad subtiles, & graues quaestiones admodum intetus, quem item commendat multum Io. Cochlae. in trac. de sedit. Cal. col. 4. & 5. defendens eum a falsis obiectionibus impiorum. † Estq. bene aduertendum in hac visitatione canonicorum & capituli iuxta mentem ipsius constitutionis Pij Quinti. Cupientes (prout sic ex cōi practica, & declaratione facta receptum est, & pluries testatus est nobis magnus, & doctissimus bo. memorię Dom. Cardinalis Alciatus) quod



quod si ante Conc. Trid. confirma-  
 tionē ( extitit enim ipsum, seu eius  
 principiū inchoatū a Paulo III. Pōt.  
 Max. sub die 13. mensis Decembris  
 1545. demū reassumptū sub Iulio itē  
 III. 1. mensis Maij. 1551. ac tertio, &  
 vltimo iterū sub Pio III. die 18. men-  
 sis Ian. 1562. sub ipsoque optimo, &  
 felici fine conclusum die quarta De-  
 21 cembri 1563. † Quod Concilium  
 summa omnium expectatione clau-  
 sum, cōfirmatū fuit ab eodē Pio III.  
 Pontif. Maxi. in concistorio secreto,  
 die 26. Ian. 1564. & cæpit ligare om-  
 nes in eius obseruantia a calendis  
 mensis Maij eiusd. an. 1564. prout in  
 bulla declarationis præfati Pontificis  
 apparet statutum de tempor. ad ob-  
 seru. decret. Conc. Trid. incip. ad fa-  
 crorū 15. Cal. Augusti, prædicti an-  
 ni, per totum, Ponti. sui 5. & de bulla  
 confirmat. incip. Benedictus Deus. §.  
 22 cum autem, & per tot.) † Si fuerint  
 aliqui Canonici, qui & ecclesias cu-  
 ratas haberent, eo casu teneantur re-  
 sidere in ecclesiis curatis, & paro-  
 chialibus, & lucrantur fructus cano-  
 nicatū, exceptis tamen distributio-  
 nibus quotidianis. vt in §. eos tamen  
 mentionatæ cōstitutionis, disponi-  
 tur, sin vero post confirmationē præ-  
 dictā obtinuerint, nō possunt in vtro-  
 que gradu permanere, & canonica-  
 tus, & ecclesias curatas potiri, nisi de  
 super dispensationē a sede Apostoli-  
 ca habuerint, quia cum vterq. locus  
 de per se residentiā requirat, eodē tē-  
 pore nō potest obtinens simul, & se-  
 mel in ambobus locis personaliter in-  
 23 teresse. † Cum iam propter debitum  
 prædictæ personalis residentiæ in  
 ecclesiis (ex qua prima, & principa-  
 lis debet esse animarū cura) multum

est, & declaratum fuit canonicatus,  
 & ecclesias curatas esse incompati-  
 biles. Vnde nemini permiffum am-  
 borū fructus percipere & acquirere.  
 aut infimul potiri, absq. dispēsatio-  
 ne, & dicitur solitū dispensari a sede  
 Apostolica ppter paupertatē eccle-  
 siarum curatarū, & canonicatū, exi-  
 stentibus tamen iis in eadē ciuitate.  
 super quo primitus plenissime dispē-  
 sabatur, c. dudum. lo 2. de elect. c. de  
 24 multa, de præb. † In ipsaq. cathedrali  
 ecclesia, sicut in aliis episcopo pri-  
 mus locus est dandus, primave sedes  
 assignanda, tã in capitulo, quã in cho-  
 ro, in processionibus, & actibus pu-  
 blicis, cū ad ipsum spectet præcipua  
 omnium rerum agendarum autori-  
 tas, sess. 25. Conc. Trid. de reformat.  
 gen. cap. 6. §. episcopis præterea &  
 idē supra cap. 10. nu. 13. Cum enim sit  
 primus in sua diocesi, in altiori loco  
 semper stare debet. arg. quia tua. 50.  
 dist. & tex. clarus, in cap. episcopus.  
 17. dist. in eundo, loquendo, in prio-  
 ri, & cōspectiori sedē, decernendiq.  
 autoritate, faciunt not. per Cassan.  
 in sua glor. 1. part. consider. 14. cum  
 duab. seq. & ei, reuerentiā impēdēdo  
 ibid. consid. 20. cum alia seq. minores  
 etenim maioribus obsequium præ-  
 stare, tenentur, dicit gl. per illū text.  
 in c. statuimus. de maior. & obed. sed  
 vndecim prærogatiuas honoris. vide  
 per Gemi. post Host. in cap. 1. de of-  
 25 fic. lega. lib. 6. † Sed est maior adhi-  
 benda diligentia circa distributiones  
 quotidianas, quæ in ecclesia cathe-  
 drali esse debent, interessentibus di-  
 uinis officiis tamen statutis horis or-  
 dinatę dari. cap. licet canon. de præb.  
 c. de cætero, de cleri. non resid. & si  
 nō sunt procuret episcopos separare



tertiã partẽ omniũ fructuũ, dignitatũ  
 prouentuũ, & canonicatuũ, & in di-  
 stributiones quotidianas conuertere  
 quæ solum interessentibus in poste-  
 rum dẽtur, iuxta diuisionẽ a se faciẽ  
 dã ex præscripto Conc. Triden. sess.  
 21 de reform. c. 3. per totum ( quod  
 in nostra Rauellensi ecclesia cum ei  
 præeramus fieri nequiuit, & eius te-  
 nuitatis causa, & nulla existente præ-  
 bẽda, & demum in hac ecclesia Sar-  
 nensi ad quã translati sumus, nec id  
 adimpleri propter incommoditatẽ,  
 solitudinemve ecclesię) nec absentes  
 de eis participare vllõ modo permit-  
 tat, sed præsentibus indigẽtibus, iux-  
 ta aliud decretũ, aut fabricę ecclesię  
 aut alteri pio loco concedat: proce-  
 dẽ lo tñ cõtra absentes, vt sacri Ca-  
 nones itẽ statuerũt. sess. 22. de refor.  
 c. 3. q. capitulũ differt ab alio supe-  
 riori. hic. n. tex. de extraordinariis lo-  
 quitur. ibi de ordinariis. Nauar. de  
 horis Canon. cap. 22. nu. 50. dantur  
 tamẽn absenti causa ecclesię, & in-  
 firmo tempore suæ infirmitatis Ant.  
 Fran. ad Abb. in c. exposuisti de præ-  
 ben. de quo infra hoc lib. c. 20. n. 26.  
 vbi latius dico, sin vero præbẽdę ca-  
 nonicatus, prouẽtusve sint tenues, vt  
 ex eis quotidianæ distributiones sint  
 minimæ, episcopus cũ cõsensu capi-  
 tuli prouideat per vnionem aliquo-  
 rũ beneficiorũ simpliciuũ (exceptis re-  
 gularibus) vniendo eidẽ capitulo, vt  
 vtilius videbitur, ad finem, vt diuinus  
 cultus celebretur, & tale opus nõ  
 omittatur, iuxta aliã cõstitut. eiusd.  
 Conc. sess. 24. de reform. gen. c. 15. &  
 distincta sint post modũ officia, &  
 suis horis recitentur, Missa hora con-  
 uenienti, nõ ante auroram, aut post  
 nonam ex præcepto legis Pii Quin-

ti inc. sanctissimus. 29. Martii. 1566.  
 Pon. sui anno. 1. & reliqua secundũ  
 cuiuslibet ecclesię laudabilẽ consue-  
 tudinem, æquiparando etiã distribu-  
 tiones, quæ datur pro funeralibus,  
 seu anniuersariis, ex decreto Boni-  
 fat. VIII. c. 1. de cleri. non resid. lib. 6.  
 vbi de materia, & in vrbe ordinauit  
 Pius Quartus per breue in c. motu  
 proprio. an. 2. nec consuetudo con-  
 traria valet. Nicol. de Mil. in verb.  
 consuetudo. n. 27. in ver. distribu-  
 tiones. vers. 2. cũ seq. & alibi est dictum  
 nec similiter prodest remissio, si ab  
 aliis fiat nõ interessentibus. maxime  
 si pacto, aut non eo animo conclu-  
 dit optime Nauar. eod. c. 22. nu. 50.  
 tex. enim Cõc. dicit quauis collusio-  
 ne, aut remissione exclusã. d. c. 12. §.  
 26 distributiones. ) † Cũ vero capitulũ  
 debet celebrari, de ordine episcopi  
 ab ipso cõuocetur, si de suo cõmodo  
 nõ agat, & singulorũ vota exquirat,  
 iuxta quæ cõcludat, nõ tamẽ ipso ab-  
 sẽte admittitur ad hoc eius officialis  
 sed libera restat capitulo tractãdi fa-  
 cultas eod. c. 6. Conc. Tri. §. q. si ali-  
 quis, & §. absente vero. incipiẽdo sin-  
 gulorũ vota accipere a dignioribus,  
 vt dicit Præpositus in d. c. episcopo s  
 17. dist. per Bal. in c. 1. de contr. feud.  
 apud par. term. quẽ allegat Roman.  
 in sing. 82. in c. quis debet, licet ple-  
 rũq. in multis ab vltimis incipiatur,  
 cũ de timiditate aliorũ, ex potẽtia pri-  
 morũ dubitatur, prout in vno factõ  
 capituli scripsi, cumulando dicta per  
 27 Affl. in decis. 1. † Sed prohibẽdũ est  
 capitula celebrari diebus festiuis,  
 seu in aliis diebus hora celebratio-  
 nis Missarum, & officiorum, hoc  
 enim & laicis est interdicitum: cap.  
 placita secularia, 15. quæst. 4. cap.  
 decet.



decret de immuni. eccl. lib. 6. fortius  
 ipsis clericis, qui tenentur prolixius  
 orationibus, sacrificiisq. vacare, nec  
 cū fiūt, permittat intus ipsam eccle-  
 siā, ob reuerentiā, & honestatē, sed in  
 alio loco, & ne rumor, tumultusq.  
 fiat, sed honeste proponator, de quo  
 tractādū est, & singulorū vota ordi-  
 ne seruato perquiratur, & in scriptis  
 28 decreta, seu capitula redigantur. †  
 Demū examinentur ipsius capituli  
 decreta, seu statuta, si licita, & hone-  
 sta sint, ne quid cōtra decorē eccle-  
 siæ cōtin cāt: potest enim capitulum  
 statuta sibi facere. in his, quæ tangūt  
 singularia negocia ipsius capituli tā-  
 tū. iuxta not. in clem. constitutionem  
 §. cæterū p. gl. de verb. signi. in c. cū  
 aliquibus de rescript. lib. 6. omnia  
 discurrendo, ne forte simoniæ labes  
 aliqua sit occulta, sicuti in multis est  
 auditū in receptione aliquorū, in no-  
 ua celebratione Missæ alicuius, q̄ ex  
 præsse est p̄hibitū p. decretū Conc.  
 Tri. sels. 22. de obser. & euit. in cel.  
 Miss §. atq. pro pastu: nō obstāte qua  
 cunq. antiquata consuetudine; seu  
 quid aliud soluendo p. intratura, re-  
 ceptione, possessione ve dignitatis,  
 canonicatus, aut personatus, c. veniēs  
 de simo. & si quæ in ecclesia fuerint  
 cōsuetudines, ne sint abrogatæ absq.  
 licētia episcopi, nec nouæ inducan-  
 tur sine ipsius consensu. tex. not. in c.  
 cū cōsuetudinis, de cōsuet. immo co-  
 gnoscat episcopus super omnibus  
 consuetudinibus, & constitutioni-  
 bus, & exceptis laudabilibus, omnes,  
 vt prauas, & scandalosas reiiciat, &  
 aboleat ex not. decreto ipsius Con-  
 cil. Tri. sels. 24. de reform. gen. c. 13.  
 29 † Et si canonici horas canonicas nō  
 frequentent, debent per episcopum

creari duo punctatores, qui notent ab-  
 sentes, listas faciant, quibus multen-  
 tur desides circa cultū diuinū, nemi-  
 ni tamen ostendentes, sed primū iu-  
 rent fideliter exercere hoc munus.  
 Præsumit namque lex multū de ali-  
 quo, cum iuramentum præstat. ad  
 hoc, quod destinatur, fideliter se ha-  
 bere, iuxta text. in c. cum ad audien-  
 tiam, de præscript. & de hoc punta-  
 toris Officio dicitur not. in Synod.  
 prouinc. Mediol. quod vltra prædi-  
 cta, si aliquē iniuria notauerit, de suo  
 satisfaciet, vel si notare prætermise-  
 rit: libros punctationū fideliter custo-  
 diat, & singulis mensibus, vel quo-  
 ties voluerint, episcopo, & cap. osten-  
 dat & cū delicto a cap. ab ipso crea-  
 tus libros p. singulas hebdomadas cō-  
 ferat, & itāte dubio, episcop⁹, vel eius  
 vicarius cōponat, & si eligēdus ab e-  
 piscopo recusat, su b poenis ab ipso  
 cogat ad suscipiendū. † Nec est præ-  
 mittendū, quin omnino nō examine-  
 tur, quæ sit administratio rerū capitu-  
 li, ne propriis cōmodis fraudulēter  
 quis applicet, aut in illegitimis expē-  
 sis quis reducat: sed fidelis ratio red-  
 datur q̄ & præstat, vt non sint sem-  
 per ijdem administratores, sed saltē  
 quolibet biennio mutentur, & cum  
 negligentes fuerint in exactione,  
 aut ab aliis puniendi sunt, ne res  
 ecclesiasticæ videantur aliqua oc-  
 casione negligi, ex quo contem-  
 nere viuentur, & se ipsos priuare,  
 dicit tex. in capit. sape, vbi gloss. 12.  
 quæstio. 2 reddetur ergo debent  
 administratores rationem de introi-  
 tibus, & expensis, & ex omnibus,  
 quæ gesserunt, prout inquit Sceuo-  
 la Iuris cōsultus in l. Thais. §. libera-  
 tatem. ff. de fideicommiss. libeas  
 nec



nec reijcitur aliquarū ecclesiarū con-  
suetudo, quod dum quis accipit ad-  
ministratiōē rerū ipsius ecclesie, &  
capituli, iuret tactis euangelijs corā  
omnibus se fideliter esse cūcta pro-  
posse facturū, prout in multis est or-  
dinatū. Et si vacante sede episcopali  
31 capitulū administrauerit bona eccle-  
sie seu alius ab eo deputatus, querat  
modo episcopus diligētē rōnem of-  
ficij, iurisdictionis, administrationis, al-  
teriusve muneris, delinquentes puni-  
cēdo, Et liberatione obtenta: si quæ  
scripturæ ad ecclesias facientes fue-  
rint, similiter reddātur, ex præcepto  
eius. Cōc. Tri. ses. 24. de refor. gen. c.  
13. §. episcopus vero. Succedit. n. ca-  
pitulū in p̄tinentibus ad iurisdictionē  
episcopale in generalibus, Abb. in c.  
de test. in c. Albericus in c. cū olim.  
de maior. & obed. dixi in generalibus  
scilicet competentibus iure cōmuni,  
nō autē speciali idē Abb. in c. scriptū  
de elect. de quo latius differimus in  
tract. de dignit. eccl. 2. part. c. 7. in ea  
32 q. si capitulū habeat dignitatē. † Sed  
est aduertendū pro ipso capitulo, cū  
vacante sede facit Vicarium, vel  
jconomum, vt vtatur diligentia, q̄  
eligat aliquem, vel existentem con-  
firmet infra octo dies a tempore va-  
cationis, & is quidem eligendus, sit  
doctor, vel licētiatus, aut saltē quātū  
fieri potest idoneus, alias nullum  
est, quod fit, & potestas deuoluitur  
ad alium prout not. in eod. cap. 16. in  
princ. qui tex. loquitur de tēpore, &  
persona, & dubitauimus aliquando  
quid de forma electionis, an attendi  
debeat dispositio Innocētij tertij in  
Conc. gen. in c. quia p̄pter de elect.  
loquēdo de ecclesijs viduatis, quibus  
de prælatis, & sponsis prouidendū

est, & vicarius sponfus dicitur, & ve-  
nit appellatione prælati. Milius in  
verb. prælatus. ver. 14. quod est notā  
dū, si ad id ampliare velimus, quod  
multi negant ex verbis Concilij, quæ  
nec pro ipsis faciūt: sed relinquo pro  
nunc quia dominus meus Card. Al-  
ciatus dissensit in vicario momenta-  
neo requiri eā formā: & tamen dixi  
esse visū durare vltra anāū propter  
lōgas plerūq. prouisiones ecclesiarū,  
vt videmus, earū præcipue, quæ ad  
Principis præsetationē spectāt, & sic  
de alijs inquirere, & aduertere, prout  
loci qualitas, & personarū exigentia  
33 videtur requirere. † Est, & similiter  
prouidendū, vt pro cōseruatione iu-  
riū ipsius ecclesie, & capituli, sit de-  
signatus archiuius cōmunis, in quo  
ipsæ scripturæ, & alia cū inuentario  
omniū instrumentorū, iuriumq. ipso-  
rū canonicorū reponantur, duæque  
clauēs duobus de principalibus ip-  
sius capituli assignētur: quib⁹ postea  
scripturis plena fides adhibet̄ auct.  
ad hoc. C. de fid. instr. & not. de prob.  
in c. cū cām. dixi vnum verbum in fa-  
mil. singul. in l. A. nu. 113. post me-  
diū: Abb. in c. ad audientiā, vbi etiam  
Fel. de præscript. nā ipsi deputati ha-  
bentur, vt publicæ personæ corre-  
spōdendo requisitis huic cōclusioni,  
Fel. ibi nu. 11. Crauett. conf. 274. & di-  
citur archiuius armarius librōrū. gl.  
fi. in clem. vnica. de iur. in quo sit of-  
ficialis deputatus, q̄ scriptura produ-  
cenda sit reposita ibi inter authenti-  
cas, & stāte consuetudine, Fel. vbi su-  
pra, idq. & ī alijs ecclesijs collegiatis  
mandet, & in ecclesia cathedrali ipse  
clauem vnā custodiat. vide multa  
in Concil. prouinc. Med. parte 2. fol.  
24. 142. † Nec est omittendum, vt di-  
scutiatur



scutiatur diligēter de qualitate ipsius ecclesiæ cathedralis, ne sit extra populū propter ruinam, si est competēter dotata, & si adeo tenues, & exigui sunt fructus, vt non respondeant episcopali dignitati, nec ecclesiæ dignitatibus, & necessitatibus sufficiāt, in Concilio prouinciali discutiatur, & vocatis ijs, quorum interest videre per quam viaōne beneficiorum prouideri possit, de quibus omnibus sūmus Romanus Pontifex consulatur, qui pro sua prudentia, aut tenues vniet, aut aliqua accessione ex fructibus augere curabit, iuxta dicta in Conc. Trid. sess. 24. de refor. gen. cap. 13. etsi capitulum est adeo exiguū, vt exinde nullum seruitium fiat ecclesiæ, nec esse curent ipsi canonici, inquirat episcopus, per quē media possit subueniri, & item ipsum Romanū Pontificem consulat. † Et circa ipsos canonicos non transit sine crimine aliquorum negligentia circa officia ecclesiastica, omittēdo debita seruari, & seruando inhonesta, & prohibita hinc episcopi, alteriusve visitantis officiuū est præcipere, vt cūcti diuina celebraturi obseruēt omnes cæremonias sanctæ ecclesiæ, & quæ sūt statuta per Conc. Tri. nouissimo loco, sess. 22. de obser. & euit. in celebr. Miss. nihil prophanū admittendo, sed omnem operam, & diligentiam esse ponendā, vt quanta maxime fieri pōt in teriori ēt cordis mūditiā, & puritate, atque exteriori item, & pietatis specie peragantur. ex eo .n. sancta ecclesia has cæremonias induxit, vt Maieftas tanti sacrificij commēdaretur, & mentes fideiū per hæc visibilia religionis, & pietatis signa ad rerū altissimarum contēplationem excitētur,

quæ in hoc (scilicet Missæ) sacrificio latent. ead. sess. 22. de sacrifi. Miss. c. 5. abijciatur ab eis omne lasciuū & impurum, per ecclesias non discurrant, ad fabulationes non prorūpanq, nec dām diuina peragunt, morosos, aut nimis sollicitos se ostendant. Sed in omnibus se mediocres honestati cōformes reddentes, a cunctis admirentur, & laudētur. † Et quia ipsa cathedralis ecclesia mater omnium dicitur, respectu totius diocesis, sit cōstitutus in ea aliquis principalis, qui sacramenta, cum opportuerit, administret probatus idoneitate, & sufficientia, & in multis post episcopum solet esse cura Archipræsbyteri: cuiuscumque tamen sit, constituatur talis, qui possit, & valeat tanto muneri satisfacere, neq; in confessionibus admittatur, sine præuia eius licētia. sess. 23. Conc. Tri. de refor. c. 15. quod & in alijs canonicis, & præbiteris statuendum est, in reliquis vero nō permittat episcopus ipsos canonicos quouis prætextu alienorū parochianorum curā habere, sed eā proprijs parochis liberam esse circa animarū curā, sacramentaq. administranda, vt quisq. suo officio inseruiat, nec vnus alterius locū occupet, sed per ipsos curatos cuncta suo gregi administrētur. sess. 7. eius. Conc. de refor. c. 5. & cap. 7. sess. 24. de refor. matri. cap. 1. in princ. & §. quod si quis, quod in multis ecclesijs non iure canonici prætēdebat, & se intromittebāt, sub prætextu se esse cōmunes parochos, ex eo quod cathedralis ecclesiæ seruitiū gerebāt, legit in synod. diocce. Neapol. fol. 75. † Practica igitur in ipso actu multa præstat, de quibus inquirat, quæ prudētis administratoris arbitrio



bitrio relinquuntur: nam quæ sunt ex particulari loco alicuius ecclesiæ, non possunt vniuersali regula tradi. Non possunt, cum seq. ff. de leg. sufficit enim generalia omnibus communia tetigisse, cætera suppleantur ex loci qualitate materiam prudenti viro tribuente, hic enim visitationes materiæ pro ipsa ecclesia cathedra-

li, & capitulo sunt positæ, non particulares cuiuslibet loci, quia foret impossibile cuiuscumq. ecclesiæ loca, nobis præscrutari, & prænotificari, inquit Gul. in sua amplo ecclesiarum rationali, in proœ. nu. 16. sed ipsa arbitrio visitantis, & iuxta expositionem locorum prouidenda remanent, nunc ad alia transeamus.

DE SEMINARIO ERIGENDO, SEV  
-erecto, eiusq. qualitatibus.

C A P. DECIMVMSEXTVM.

S V M M A R I V M.

- 1 **S**tudium quid sit, & quomodo omnes scire cupiunt.
- 2 Studentibus triplex requisitum necessarium est.
- 3 Studia publica erigi semper utile fuit.
- 4 Paulus Apostolus prædicauit in scholis Atheniensibus.
- 5 Ecclesia quam sit pia mater in suos filios.
- 6 Seminarium clericorum erigendum in omni ecclesia cathedrali ex Concilio Triden.
- 7 Puerorum qualitates intrantium in seminarium quæ sint.
- 8 Episcopus de omnibus ecclesiis, & pijs locis facit detrabi pro sustentatione seminarij.
- 9 Beneficia simplicia, reseruata, & affecta possunt vniri seminario.
- 10 Hospitalia an teneantur ad sustentationem seminarij.
- 11 Ecclesia si propter paupertatem non potest erigere seminarium, quid faciendum est.
- 12 Seminarium plura possunt erigi in amplis diocesibus.
- 13 Episcopus negligens in erectione seminarij corripitur ab Archiepiscopo, & ipse a synodo.
- 14 Magistri deputandi in seminarijs pro pueris educandis, quid docere debeant.
- 15 Ratio reddituum seminarij, quando episcopo reddenda est.
- 16 Visitatio seminarij, & eius qualitatibus circa quæ consistat.

1 **Q**uia omnes homines natura scire desiderant, Philof. i. Methaphis. cum per virtutem, artē

scilicet, scientiam, prudentiam, sapientiam, & intellectum animus verum perspicit, assentiendo, & dissentiendo



tiendo, vt idē scribit. 4. Ethic. c. 6. hinc philosophi ppter scire studere peregrinati sunt: eod. 1. lib. Meth. est nāq. studiū vnicū leuamentū doloris Plinio auctore. 8. epist. 19. vt scripsit in fam. singu. in l. 5. nu. 71. quo mediante quiescēdo fit animus prudēs. 7. Phil. per tranquillitatē sedātur passionēs, quibus dominantibus intellectus obfcuratur, & synodus generalis Tridēna appellauit studiū commune bonū ecclesiæ. sess. 23. de refor. c. 18. §. & quia. vers. in quibus tamen. † Ideo dicimus ex eod. Phil. 1. magn. moral. c. 1. studiosum esse, est virtutē habere, vnde tria requiruntur ad perfectū studiū. Iuuetus, quia quanto iuuiore, tāto perspicacior. gl. in l. gallus in princ. per illum tex. ff. de lib. & posth. sunt enim iuuenes dociliiores l. præcipiunt. ff. de edil. edict. post nō potest homo vacare, quia mala vndiq. præmūt. dicit Boet. de cōso. phil. lib. 1. Metr. 1. ponens versus. *Venit enim properata malis inopinata senectus.*

*Et dolor atatem iussit inesse suam.*

Quamuis ēt dicatur, q̄ potest homo perficere in senectute quod omni fit in iuuentute. c. nemo desperādus, de pæn. dist. 7. cap. ancillam. 32. q. 2. facit. l. Iulianus. ff. de fideic. libe. Secundo requiritur habitus necessariorū, quia natura per se non est sufficiens ad speculandum, sed necessaria oportet existere, quod vtique consistit in sanitate corporis, in debitis alimentis, cæterisq. opportunis 10. Ethic. c. 10. & 1. Polit. sine necessariis impossibile est viuere, & bene viuere. Tertio requiritur animi trāquillitas, vt sup. in princ. est dictum. egregia nāq. illis suppetit memoria, quorum

animę nullis distrahuntur curis, nec eorū diuellitur cogitatio. Auic. 4. natu. & ista quies animi fit p̄ sedationē passionū ex ordinata ratione, nā vt dicit idē Boet. eod. trac. lib. 2. in psā 1. omnis subita mutatio rerū nō sine quodā quasi fluctu cōtigit animorū. maxime. n. officit mentis inquietudo, & animo, & corpori, de quo pulchre Oui. lib. 1. epist. 4. introducēs Phedrā suo Hyppolito, scribere inquit.

*Quod caret alterna requie durabile non est.*

*Hæc renouat vires, fessaq; membra leuat.*

Marti. de Fano in sua epist. ad Pet. scolar. & huic tertio requisito adiūgitur aliud, scilicet mens hylaris, hylarisq. animus; nāq. lætitia excitat calorē naturalē, spiritus tēperat, & puriores redit, virtutē corroborat, etatē floridā facit, iuuenile corpus diu cōferuat, vitā proгат, ingeniu acuit, & hominē negocijs quibuslibet obeundis aptiorē reddit: hinc magnus ille Plutarc. in lib. de vit. mor. tradit Pythagorā philosophū animo pacando, sedandoq. ab effectibus, & perturbacionibus vehementioribus musicam adhibere solitum, ex quo Hieronymus Fracastorius posuit versus.

*Tu tamen interea effugito, quæ tristia mentem*

*Sollicitant, procul esse iube, curasq; metumq;*

*Pallentem, vltices iras, sint omnia leta.*

Nā & tristitia, & metus hominem ex se interimūt. Plin. lib. 7. nat. hist. c. 36. propterea Salomon in Prouer. cap. 17. spiritus trīstis desiccāt ossa. Bar in proæ. triū lib. C. hæc igitur p̄ studiosis, & litterarum amore, et vite propriæ



3 propria cōsulēdo sint relata, nūc au-  
 tē ad propositū. † Exinde vtile sem-  
 per fuit antiquorū institutum, studia  
 publica, locaq. destinata contēplatio-  
 ni, omniq. scientiæ erigi, vt se ipsos  
 regerēt, aliosque instruēdo governa-  
 rent, a quibus postea etiā Res publica  
 administraretur, dicit Iustinianus Im-  
 perator. in proœ. instit. §. fin. & Athe-  
 nis Græciæ Ciuitate multis annis ob-  
 seruatū fuit, vbi & Marcus Tull. glo-  
 riatur se fuisse sub Chryssippo præce-  
 ptore, a quo nihil esse prætermis-  
 sum in Stoicis dicit idē Tull. lib. 1. de fin. 6  
 4 bon. & mal. in princ. † Et apud ipso-  
 rum Atheniensium aures Paulus aposto-  
 lus vas electionis prædicans Iesum  
 Christum crucifixum Dominum no-  
 strum, publice de resurrectione mor-  
 tuorum, graui sermone multos tra-  
 xit ad fidē, inter quos fuit sanctus il-  
 le Dionysius Areopagita Act. apost.  
 c. 17. qui cū adhuc in tenebrisambu-  
 laret, quia die Christus cruci est affi-  
 xus: vidēs Solē præter naturā defecis-  
 se, grandē illā, & admirandā protulit  
 sententiā, aut Deus homo patitur,  
 aut mundi machina dissoluetur, is 7  
 postea ad fidem conuersus, suis diui-  
 nis scriptis, suoque martyrio eccle-  
 siæ Dei multū profuit. Hæc igit stū-  
 dia de publicis sumptibus a ciuitati-  
 bus erigebant? (sicuti hodie in multis  
 principalibus obseruatur.) Studio so-  
 rū gratia, ne mendicare cogerentur,  
 nullis eis pocula philosophiæ admi-  
 nistrātibus, vt dicit Boe. dolens de ci-  
 uitate Franciæ Parisiorū de discipl.  
 scol. c. 2. ipsisq. studiis erectis pluri-  
 mū Reges semper fauere, & priuile-  
 gia concesserunt. C. ne fil. pro patr.  
 5 auct. habita. † Sic pia mater ecclesia  
 inducta, quæ quos peperit obliuisci

non potest. sess. 18. Conc. Trid. §. quo-  
 niā vero, vt pauperes iuuaret, ne eis  
 & legēdi, & proficiendi opportuni-  
 tas subtraheretur, statuit in vnaquaq.  
 ecclesia cathedrali magistros cōduci  
 qui gratis clericos, & alios pauperes  
 docerēt: prouiso eis de aliquo benefi-  
 cio: ex constit. Conc. Later. in c. 1. de  
 magi. & c. quia non eod. tit. vt sacer-  
 dotes adimplerent dictū Apostoli in  
 prior. ad Tim. 4. attēde lectioni, exor-  
 tationi, doctrinæ, & semper perman-  
 ne in his, vt euitetur ab eis ignotan-  
 tia. c. 1. 38. dist. † Quod cū consuetu-  
 do nō obseruaret, nouissime in Cōc.  
 Tri. sess. 23. de reform. c. 18. renouatū  
 est, expresso ordine in omni ecclesia,  
 præcipue cathedrali, seminarium  
 puerorum clericorum esse construē-  
 dū, vbi sacris literis imbuti, aptius, &  
 cum maioris ptebis vtilitate ecclesias  
 possint regere: si sciunt modum, nor-  
 mam, & propter quid, possunt utiq.  
 melius saluti fidelium cōsulere, alias  
 essent omnes in foueā cadere, iuxta  
 illud Euang. Luc. cap. 6. idque semi-  
 nariū certis modis instituendum, cer-  
 tisque etiam qualitatibus seruatis. †  
 q̄ pueri recipiendi sint ad minus 12.  
 annorum de legitimo matrimonio:  
 vtentur semper habitu clericali, sin-  
 gulis diebus videāt Missas, singulisq.  
 mensibus confiteantur, & si confes-  
 sor iudicauerit, sumant corpus Chri-  
 sti, incorrigibiles, & discoli corrigan-  
 tur, etiam per eiectionē eo. cap. 6. di-  
 sculos. cum consilio tamen duorum  
 canonicorum præfectorum ipsi se-  
 minario iuxta mentem Concilii: Ca-  
 thedrali ecclesiæ, & alijs inseruiāt, &  
 in disciplina bonarū artium instruan-  
 tur, quæ omnia episcopus adimpleat  
 cum consilio, & auxilio prædicto-  
 rum



rum duorum canonicorum præfe-  
ctorum seniorum, & grauiorum. in  
§. quæ omnia: qui postea non possunt  
amplius mutari, nisi ex iusta & legiti-  
ma causa, & quorum consilium adhi-  
bendum est, tam in constituendis re-  
gulis vniuersalibus seminarij, & ele-  
ctione loci, quam etiam in electione  
singulorum puerorum introducen-  
dorum, magistrorum, librorum legen-  
dorum, & punitionis ipsorum cum si-  
milibus. † Idq; vt aptius fieri possit, &  
necessarijs de fabrica, victui clericorum  
confuleretur. prouisum est eod. c. 9  
vt episcopus adhibitis duobus de ca-  
pitulo, quo vnum ipse, alterum vero  
capitulum eligat, & duobus de clero  
ciuitatis simili modo eligendis. §. & quæ  
de fructibus mense episcopalis, capitu-  
li, dignitatum, personatum, officiorum  
beneficiorum quorumcumq; totius  
diæcesis, etiam exemptorum, hospita-  
lium, ecclesiarum, non tamen mendi-  
cantium, militum omnium (exceptis  
Hierosolymitanis) certam partem sin-  
gulis annis accipiat, eidem seminario  
applicando, contradictores de parte  
cõtigenti respondere per cõfuras eccle-  
siasticas cogere, & per alia iuris reme-  
dia. §. ad hanc autem, & si varietas esset  
in taxationibus faciendis propter di-  
scordias, & sumus in seminario erigē-  
do, aut erecto ab anno. 1567. fiat taxa  
non excedens dimidiam decimam secun-  
dum antiquam solutionem, & si quid  
plus exactum fuerit vel restituatur, vel  
compensetur, quando in necessaria non  
fuerit conuersum, quod patebit cum  
discussio fit de omnibus cum prædictis  
canonicis, & duobus de clero deuta-  
tis, & sic obseruetur in antea; qui om-  
nes quatuor adhibendi sunt, & in ipsa  
distributione, & in omni temporali

administratione ipsius seminarij, de-  
putationis, expulsionis ministrorum,  
atq; famulorum temporalium, in ex-  
pensis quotidianis, in prouisione om-  
nium bonorum, & reddituum ipsius se-  
minarij, sic & in beneficijs vnitis, lo-  
cationibus, concessionibus, in litibus  
si forte occurrent, præter exactionem  
pertinentem ad solum episcopum,  
nec ipsos quatuor deputatos poterit  
ipse episcopus mutare, nisi ex iuxta,  
& legitima causa: ipsorumq; consiliū  
adhibere tenetur, quamuis præcisum  
non semper sequi. † Beneficia simpli-  
cia cuiuscumq; dignitatis fuerint, &  
qualitatis, possunt ipsi seminario, &  
debent vniri vt commode regi possit  
sine tamen præiudicio obtinentium: etiā  
si essent reseruata, & affecta, aut in  
Curia effectum sortirentur. §. nec non  
beneficia: per quæ videntur includi  
etiam beneficia regularia, cum non  
sint in hac exceptione seminarij re-  
seruata, sicut voluit idem Conc. esse  
reseruata in vnione facienda cathedra-  
libus, & collegiatis ecclesijs pro  
habendis distributionibus quotidiana-  
nis. sess. 24. de reformatione. c. 15. & de  
iure hoc videtur, sed non concedunt  
maiores hoc dictum. † De hospitali-  
bus (cum postea fuerit quæstio in fa-  
cto) videtur clarum esse, quod teneantur  
cum text. Conc. ea nominet dicen-  
do, & hospitalium, quæ dantur in titu-  
lum, seu in administrationem. in §. &  
quia. eod. cap. 18. per clem. quia cõti-  
git de religio. dom. & dicitur includi  
quodcumque hospitale, non obstanti-  
bus adductis in contrarium per Tobiam  
Nonium Perusinum. in cons. 61. duo  
sunt. n. 7. in fauorem hospitalis colle-  
gii mercatorum, & dum querit exclu-  
dere per illa verba, et ex quibuscumq;  
reddi-



redditibus ecclesiasticis ponderando  
 dictionem etiam, sed videatur tota  
 lex. arg. l. in ciuile, ff. de leg. quia sub-  
 dit tex. etiam aliorum collegiorum,  
 vt illa secunda dictio etiam sit am-  
 pliatiua, & cumulatiua, exprimendo  
 casum magis dubitabilem arg. dict.  
 per Mant. Apoph. 33. secundo dum  
 conatur, quod capitulum loquatur  
 de hospitalibus, quæ dantur in tutelâ  
 & administrationem perpetuam: hic  
 patitur superfluitatem, nam tex. non  
 habet illa verba (perpetuam) sed tan-  
 tummodo: quæ dantur in titulum &  
 administrationem, iuxta constitutio-  
 nē & c. & administrationis nomen cō-  
 præhendit, & perpetuam & tempo-  
 ralē: Nec tertio suffragatur dum vult  
 loqui de illis redditibus, ex quibus sol-  
 uuntur subsidia ecclesiastica cum in-  
 continenti superdicat tex. etiam ex  
 decimis quacumq. ratione ad laicos:  
 nã, & videmus in ipsis et ministros Ec-  
 clesiasticos pro Missis dicendis addu-  
 ci, ergo, & subsidia sunt ecclesiastica  
 nec gl. dictum quarto loco satisfacit  
 dum loquitur de hospitalibus publi-  
 cis erigendis auctoritate diocesani,  
 & de erectis cui cedant: immo subdit  
 quod taliter erigentes possunt penite-  
 re se erexisse, & tex. ipsius cap. Conc.  
 omnia loca ecclesiastica, & pia voluit  
 includi, cum etiam iurispatronatus  
 beneficia astrinxerit, & compræhen-  
 di voluerit, eo. §. vers. & beneficiorū  
 quorumcumq. & in alijs verbis, & ex  
 fabricis ecclesiarum & aliorum loco-  
 rū: nã si quid pium inde oritur in ec-  
 clesiæ est regimine, & faciunt notata  
 per Fel. in c. de quarta, de præsc. & ad  
 stipulatur tex. eiusdem Concilij sess.  
 25. de refor. gen. c. 8. §. quod si hospita-  
 lia, vbi omnia cuiuscumque gene-

ris ordinario subduntur, & hæc sunt  
 notanda pro veritate dictarum consi-  
 derationum præfacti iurisperiti. †  
 Sin autem ecclesia cathedralis pro-  
 pter paupertatem cum tota sua dioc-  
 cesi non posset seminarium erigere,  
 & erectum manutenere in synodo  
 prouinciali tractandum erit, si in to-  
 ta prouincia apud ecclesiam Metro-  
 politanam, vel in alia commodiori  
 vno, aut plura erigi possunt, in qui-  
 bus, vel in quo de ipsa diocesi pueri  
 edocendi conuenire valeant. §. si ve-  
 ro: dicitur aut paupertas, vel ex reddi-  
 tum tenui prouisione, vel ex incerti-  
 tudine eorum. (sicuti in his partibus,  
 vbi ecclesiæ certos non habent red-  
 ditus, sed in decimis consistunt soluē-  
 dis secundum temporis qualitatem,  
 & locorum consuetudinem, cum lai-  
 ci sic extinxerint, vt decimarum no-  
 men non debeat apponi, nisi velimus  
 proprietatem vocabuli contra signi-  
 ficationē etiã in vno verificari.) † Et  
 ex contrario si ob magnitudinem, &  
 amplitudinem diocesis non possunt  
 in vno seminario oēs pueri eius con-  
 uenire, & expediens videbitur, erigā-  
 tur duo, vel plura seminaria, & secun-  
 dum loca diuidantur, eisdemq. quali-  
 tatibus regantur, hoc addito, quod a  
 principali erecto in cathedrali eccle-  
 sia & constituto in ciuitate, in oibus  
 dependeant. eod. c. 18. §. in ecclesijs  
 autem ex ipsis namq. maximos esse  
 fructus videmus, eum, & deputati in-  
 uicem conentur administrationem  
 meliorem facere, vt in reddendis ra-  
 tionibus, & normis accipiendis a pri-  
 mo, videantur, in quantum excellunt  
 ipsorū loca. † Id autem adeo favora-  
 bile, & pium iudicatur ab ipso Conci-  
 lio, quod si ep̄s in eius seminarij ere-  
 ctioine



Etione negligens fuerit, vel suam portionem soluere denegauerit, Archiepiscopus suppleat eius negligentiam, & acriter corripiat. (cui sine causa id omisū viderit,) q̄ idem de Archiepiscopo negligente increpet eum synodus prouincialis, t̄a circa erectionē, quā eius conseruationē, vt eod. cap. statutum est. §. q̄ si cathedra lium, non aut̄ ad populorū clamorē, sed ad pietatem, & charitatē, & zelū tantū ecclesiæ, vt ipsū opus compleatur, (vbi fieri potest) & pauperes clerici fructū afferre possint in ecclesia

14 Dei † Quæ autem docere debeant ipsi magistri, in clem. 1. de mag. statuitur, præcipue circa linguam Hebraicam, Arabicam, & Caldeam, transfereutes ipsos libros de ipsis linguis in Latinum: sed omnia remittuntur iudicio Episcopi. eod. cap. §. docebunt aut̄. & §. vt vero, dicitur gr̄maticam, quia per eam sacræ scripturæ intelliguntur. c. si quis artem. 37. dist. cantum, computos ecclesiasticos, disciplinam bonarū artiū, sacram scripturā, libros ecclesiasticos. Homelias san-

15 Etorū, atq; sacramentorū tradendorū formā, maxime quæ ad confessiones audiendas videbunt̄ opportuna, & rituum, & cæremoniarum formulas ediscant ipsi clerici in prædictis seminarijs edocendi, & educandi, nec omittāt Catechismum editum ad parochos ex decreto Conc. Tri. & iussu Pij V. Pont. Max. ipsos pueros docere, & præstat quam plurimum eis legere Catechismum magnum, & paruum Petri Canisij societatis Iesu, & parū memoriter disci curare. Potest et̄ legi, & id satis expedit loco authorum prophanorū Rethorica ecclesiastica, Valerij Augustini, namq; ad ec-

clesiam iuuandam, patrumq; exēpla, & authoritates percipiendas, & artē ipsam sincere intelligendam, atq; tractandam admodum vtilis est, etsi ad Ciceronem de officijs, pro interpretatione, & nitore dicendi mentē vertunt, addant ipsi magistri multa ad eūdem finem de iisdem virtutibus ex libris S. Ambrosij de officijs, ex quibus elicitur præstantia christianarum virtutum, meminerintq; B. Hieronymum correptum ab Angelo, ex quo nimium fecerat sibi familiarem Ciceronem. ead. distinctio. cap. legimus, ethnicos autem libros faciliter respiciant, etiam ob elegantiam linguæ, nam plerumq; ex libertate loquendi ad mores non conferunt, & si in ipso principio iuuentus non recte instruat, prona reddetur ad mundi voluptates sequendas. eod. c. 18. in princ. eosque libros lasciuos, & obscenos nulla ratione pueris prælegēdos esse decernit̄ in septima regula indic. lib. prohib. & in alijs versari, ex quibus fidei Christianæ augmentum

15 pro certo speretur. † Cuius seminarii reddituū rationes singulis annis Episcopus ipse accipere debet, nec tamē solum, sed adhibitis præsentibus duobus de capitulo, & totidē a clero ciuitatis deputatis, vt in § rationes, statuitur eodem cap. cum quibus inquiretur, qui sint redditus, in quibus consistant, quot personæ, quæ ve salaria, si supersunt, ad notenē singula, & in quibus necesse est prouideatur, ad hoc vt omnibus petere possit fraudisq; suspicio in totū auferatur: & si inutilē rationē, & dānosam reddiderint administratores, expellāt, & corripiant̄ de suo satisfaciētes, si culpa id fecerint, nec in ipsis pueris alēdis, siue de-



putatis aliqua exceptio, potius in vno, quam in alio denotetur, & oritur. † Et in visitatione diligenter est attendendum, & informandum de illius regimine, administratione, ordine, norma, modoq. viuendi, de ipsis magistris, ac etiam officialibus, & praepositis, de vita, & moribus ipsorum, studio, lectionibus, doctrina, religioneq. & obseruantia cuiuslibet, domo, & habitatione, atque de vicinis: ne quid obscænum committatur, vitia sint aliena, timor Dei habeatur, quia in animam maleuolam non intrabit spiritus sapientiæ. Sap. cap. 1. & ini-

tium sapientiæ timor Domini. Psal. 110. officium dicant omnes, saltem Virginis Gloriosæ, defunctorum, cum septem Psalmis pœnitentibus, litanijis singulis diebus, nec omittant Rosarium ipsius Beatæ Mariæ virginis, per quam a Deo nobis omnes gratiæ profluunt, & alia, quæ opportuna iudicabuntur, secundum laudabiles locorum regulas, & normas traditas, confessionesq. frequentent, & accipiendo sanctissimum Sacramentum altaris, ex eorum patris spiritua-  
lis iudicio, & consilio, &c.

## DE LECTORE SACRAE SCRIPTURAE feu Theologo deputando.

### CAP. DECIMVMSEPTIMVM.

#### S V M M A R I V M.

- |    |   |  |
|----|---|--|
| 1  | <b>L</b> ectio sacrae scripturae quam sit<br>vtilis.                    | in omni ecclesia principali ex Con-<br>cil. Trid. In monasterijs post, nu. 12.   |
| 2  | Scriptura sacra ex quibus est intelli-<br>genda.                        | 12 Magister grammaticus conducendus<br>est ex defectu lectionis sacrae scriptu-<br>rae propter paupertatem. Vbi, qui-<br>bus expensis, & unde. |
| 3  | Scriptura sacra, vt bene intelligatur<br>sex requiruntur.               |  |
| 4  | Thomas de Aquino sanctissimus do-<br>ctor, quantum profecerit oratione. | 13 Episcopus supplet negligentiam<br>Abbatis pro habenda lectione sacrae<br>scripturae.  |
| 5  | Libri debent habere emendati.   |  |
| 6  | Lectione sacrae scripturae est frequentan-<br>da.                       | 14 Studia publica debent habere lectorem<br>in sacra scriptura.  |
| 7  | Artificium per cõtinuum exercitium<br>suscipit incrementum.             | 15 Lector assumendus pro lectione sacrae<br>scripturae debet examinari, & ap-<br>probari primum ab episcopo ante-<br>quam legat. nu. 17.       |
| 8  | Durabile non dicitur, quod est sine re-<br>quie.                        |  |
| 9  | Scriptura sacra nihil est certius.                                      | 16 Fidei professio facienda est a lectore<br>sacrae scripturae.  |
| 10 | Theologus in qualibet ecclesia Metro-<br>politana est habendus.         | 18 Scriptura sacra qualiter est interpre-<br>tanda.  |
| 11 | Lectione sacrae scripturae conducenda est                               |  |

Episcopi



- 19 *Episcopi in mensa debent habere lectionem sacre scripturae.*  
 20 *Episcopi diebus festiuis debent docere populum ex fructibus sacre scripturae.*  
 21 *Licentia pro lectione sacre scripturae ab episcopo est gratis danda sine aliquo munere.*  
 22 *Lex habet poenam, & premium in se.*  
 23 *Lex an fuerit necessaria.*  
 24 *Homo an possit facere non esse subditus legi, seu eius ministerio.*  
 25 *Lex quare sit facta.*  
 26 *Lectione sacre scripturae quare sit necessaria.*  
 27 *Docentes sacram scripturam quibus priuilegijs gaudeant.*  
 28 *Scriptura sacra in linguam vulgarem non est transferenda.*  
 29 *Biblia in vulgari an permittantur, & cui.*

**L**ectio sacre scripturae + qua sit utilis, patet ex eo, quod ipsa mediante Deo fruimur, inde dixit Christus. Io. 5. c. Scrutamini scripturas, quia ipsae testimonium perhibent de me, & Apost. in sua prior ad Tim. c. 4. Attende lectioni, exortationi, doctrinae, quam dulcia faucibus meis eloquia tua, super mel ori meo: lucerna pedibus meis verbum tuum, & lumen semitis meis. Psal. 18. Dom. Card. Hosii. de author. sac. script. lib. 3. fol. 271. & qui vult cum Deo semper esse, frequenter oret, & frequenter legat, orando enim cum Deo loquimur, legendo Deus ipse nobiscum: omnisque profectus in Christiano ex lectione, & meditatione descendit, cum ea quae discuntur, meditationibus conseruantur. + Sed ne in laberinthum quis incidat, Scriptura sacra est intelligenda ex causa, persona, loco, & tempore. Isidor. 29. dist. c. sciendum est. Nam oia, quae scripta sunt, ad nostram doctrinam esse scripta testatur Apost. ad Rom cap. 15. & alibi propter nos scripta sunt. 1. ad Cor. c. 9. quia Spiritus sanctus voluit antiquorum facta sub scriptura redigi, vt posteri illa considerantes ad similia sustinenda, & operanda animaren-

tur. S. Ant. in 4. tit. 3. c. 7. §. 5. narrat ipsa gesta sanctorum ad imitationem prouocare corda infirmorum. Nepe cum diuina scriptura commemorat illorum praecleara gesta, contra vitiorum praecleara arma nostra debilia. Ambr. in suo Exameron, & diximus latius sup. c. 8. + Vt aut ipsa sacra Scriptura bene intelligat, sex ad modum proficua requiruntur, primo mentis puritas, quia in animam maleuolam non intrabit spiritus sapientiae. Sap. c. 1. nam ex ipsa puritate secundum Bern in set. Tria consequuntur, spiritus libertatis, gaudium securitatis, & charitatis firmitudo, dummodo procedatur cum ipsa in actionis integritate, simplicitate, & tranquillitate deuotionis, & Apostoli in simplicitate cordis laudabant Deum, Act. Apof. c. 2. c. innocens. 22. q. 4. simplicitas amica legis. Inst. de fideic. liber. §. sed quia, non in illa simplicitate, quae aduersatur discretioni. gl. in extra. lo. 22. quia quorundam, in verb. simplicium, de verb. sign. + Secundo frequens oratio, legitur de glorioso B. Tho. de Aquino, (qui, & lumen doctorum, & sanctus doctor merito est dictus) quod magis per orationem, quam per lectionem hauserat sapientiam & Iac. 1. sua canon. si quis indiget sapientia postulet a Deo

G 2 quia



quia melior est sapientia cunctis opibus præciosissimis. Prouer. cap. 8. nec diffidet: Dominus. noster Iesus Christus suæ ecclesiæ promisit se daturum sapientiam. Luc. cap. 21. in Conc. Trif. 18. in prin. Tertio humiliatio, quia ubi humilis, ibi sapientia, ab omnibus velle discere, etiam minimis. sæpe. n. Deus reuelat paruulis, quod abscondit maioribus, cap. esto subiectus in fin. ver. 95. dist. tex. notab. in l. 1. §. sed neque ex multitudine. C. de vet. iur. enucl. Cagnol. in l. si emancipati. nu. 37. C. quando non pet. & est apud Matth. c. 11. quia abscondisti hæc a sapientibus, & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. † Quarto, vt libros emendatos quis intendat habere. O quantum nocuerunt vitiosi codices. Inde insurrexerunt deprauati sensus & malignandi initia, inde ceruicosa, & fantastica emulatio? nisi enim emendatio vera habeatur, studiosus animus nõ quiescit, vt infra 2. lib. c. 31. Quinto adhibeatur diligentia in scrutando, & indagando scripturas sacras, cedendo authoritati diuinæ scripturæ, fugiendo libidinẽ rixandi, & puerilem ostentationem vincendi aduersariũ, dicit S. Augustinus lib. 2. de doct. christia. c. 31. † Item vltimo assiduitas in studendo, quia sacra lectio numquã de manu est deponenda. Flor. in 4. tit. 4. cap. 11. §. 1. & tit. 11. cap. 2. & 3. & August. eod. trac. per quat. libros, eã totis viribus meditando: nempe scripturæ non sunt datæ, vt in libris tantũ habeamus, sed vt in cordibus meditemur, cum ipsa lectio doceat, quid caueas, & ostendat quo tẽdas (scilicet ad Deum) lectione assidua sensus augetur, & intellectus illuminatur, nec sensus sacrae scripturæ facilius co-

gnosci potest, sine legendi familiaritate. Prouerb. c. 4. arripe illã, & exaltabit te. glorificaberis ab ea, cũ eam fueris amplexatus. hoc etenim de diuina scriptura, quæ solum per se est sufficiens ad omnia, & sine qua nulla est scientia sine errore, quia Deus consolatur nos, & erudit per scripturam sacram. Bern. serm. 11. Psal. 90. & Prou. 7. dic sapientiæ soror mea es, & prudentiam voca amicam tuam, nã quanto quisq. in sacris eloquiis magis assiduus fuerit, tanto ex eis vberiore intelligentiam capit: sicut terra (dicit Dom. Petrus) quæ quanto magis excolitur, tanto vberius fructificat, & quanto amplius ad aliquam artẽ homo ascendit, tanto magis ad hominẽ ars ipsa descendit. Vnde assiduus in otio spiritali scrutabitur secreta diuinorum mandatorum, auocando a terrenis curis animum suum. Et continua familiaritate se dedit lectioni sacrarum scripturarum, nisi hoc fecerit, non cauebit offendicula, quæ cæcus volens de per se pergere offendet, secundum Isidor. in suo lib. de sum. bono. † Et vbi deest tarditas ingenij, supplet assidua lectio: quia omne artificium per continuum exercitium suscipit incrementum. l. legatis. §. ornatricibus. ff. de leg. 3. gloss. in cap. quam sit, de elect. lib. 6. & in extrauagan. Ioan. 22. cum ad sacrosanctæ. §. ad hæc, in verb. distractione, de senten. excommu. Plin. epist. 10. & 20. dom. Pau. de visitat. 2. par. quæstio. 7. num. 26. cum seq. namq. vbi ingenium nequit fieri per naturam, fit tamen per assiduitatem legendi: sic, & antiqui profecerunt, vt de Socrate primo sapiente, quod a Solis ortu, vsque ad Occasum immobilis



mobilis studio vacabat, atq. oculis in  
cœlum erectis solum cōtemplationi  
institutebat. Et plura affert Valer. Ma-  
xi. lib. 8. suæ historiæ, c. 7. ex primis il-  
lis verbis Catonis ad adolescentes.

*Instrue præceptis animum, ne di-  
scere cesses.*

*Nam sine doctrina, vita est quasi  
mortis imago.*

Et in sacra scriptura Apostolus su-  
pra relatus. 1. ad Tim. 4. attēde lectio-  
ni, & id tamen cū moderatione tēpo-  
8 ris est faciendū. † Quia non dicitur  
durabile sed dāda est remissio animis  
corporibusq. vt melius, & acrius re-  
surgāt. Cagn. in epist. boni Princ. nu.  
30. Nec tamē ingeniū a Deo præsti-  
tū negligatur, quia cōdēnationis reus  
fit, qui despiciat donū, q̄ accepit: quā-  
uis & ingenium suppleat tēpus gl. in  
c. monachus. 77. dist. & omnis scien-  
tia est in capite, & authore, hoc est  
diuina scriptura. 37. dist. c. legimus. §.  
hinc etiam, ex Ambros. super episto-  
9 lā ad Coloss. † Inde tenendū est pro  
indubitato nihil certius esse sacra-  
scriptura, sicut cū sancta ecclesia om-  
nes fideles tenemus D. Card. Hof. de  
fid. & symb. c. 17. Vnde dixit Augu-  
sti. de doct. Christ. lib. 3. c. 28. huma-  
nis rebus nō esse fidendū, sed per scri-  
pturas sacras multo tutius ambula-  
tur. Et lib. 4. c. 6. nihil sapientius, aut  
eloquētius esse potest nostris autho-  
ribus, quorū scripta diuinitus inspira-  
ta canonē nobis saluberrima autho-  
ritate fecerūt. Ideo in dubium ipsam  
sacram scripturam reuocare, nefariū  
iudicarunt sancti Patres. Io. Dried. de  
eccl. scrip. lib. 1. c. 1. in princ. vbi de e-  
ius stabilitate, integritate, & eminentia.  
lib. 3. tract. 1. cap. 2. in fine, & plu-  
ra. dom. Card. Hof. lib. 3. de autho. sa-

cre script. August. scribit ad Hieron.  
quem refert dom. Card. Aracæl. de  
sacram. bapti. c. 10. His solis libris scri-  
ptorum, qui canonici dicuntur, hanc  
didici habere reuerentiam, q̄ nullū  
eorum in scribendo errasse firmiter  
credā: Et subdit Scotus: Quia licet A-  
postoli in actibus, & verbis vt homi-  
nes potuerint errare, nullus tamen  
Apostolus, vel Propheta in quantū  
scriptor alicuius libri canonici ali-  
10 quo modo errauit. † Vt igitur hæc  
sacra scripturæ lectionis vtilitas in  
ecclesia Dei omnino habeatur ad cō-  
solationē animarū, & fideiū profes-  
sū, statuit Innocētius III. Sum. Pōt.  
in Conc. gener. in qualibet ecclesia  
Metropolitana Theologū esse habē-  
dū, qui sacerdotes, & omnes in sacra  
pagina docere haberet, & quæ ad cu-  
rā animarū spectāt instruere. c. quia.  
§. sane Metropolis ecclesia. de magi.  
Per assiduas .n. lectiones scripturæ  
sacrae, & multos vidimus conuersos  
ad fidem, & alios relictis malis mori-  
bus ad salutē animarum peruenisse,  
hocq. Deus procurat. Vnde & eunu-  
cho Regine Aethiopū sedenti super  
currum suū, Isaiamq. prophetā legen-  
ti, accurrit Philippus, eumque docēs  
11 baptizauit. Act. Apōstolo. cap. 8. †  
Sed cum nō esset plene consultum,  
& ob varias temporum mutationes,  
non bene obseruatum tam salutare  
decretum, nouissime statutum est in  
omni ecclesia ( cathedrālī maxime )  
lectionē ipsius sacrae scripturæ om-  
nino esse habendā, & in aliis maiori-  
bus, & principalibus, ne cælestis the-  
saurus sacrorū librorū, quē Spiritus  
sāctus sūma liberalitate hoibus tradi-  
dit, negligatur. Et ideo cōducēdus sit  
lector ad expositionem, & interpreta-  
tionem



tionem ipsius sacrae scripturae: cui si propriū stipendium nō sit deputatū, poterit de praebenda de proximo vacatura prouideri, vel per assignationem fructuum alicuius beneficii, vel per beneficiatorum ciuitatis contributionē, ex praescripto constitutionis generalis Conc. Trid. sess. 5. de re-  
 12 form. c. 1. vbi latius disponit: † Quibus cessantibus propter paupertatē, cōducatur saltē magister grammatices qui gratis grammaticā doceat, prouiso tamē ei de aliquo modo ex supra dictis pro salario, & necessarijs, vt in §. ecclesiae vero eo. c. statuit, vt exinde pueri facilius ad sacra scripturā intelligendā transire possint. c. si quis artem. 37. dist. & in c. 1. de magi. ipsa est principiū bonarū artium, & disciplinarū, & Aristot. 6. Topi. c. 6. grammatica est scientia scribendi, & cognoscendi, quod profertur, & not. in c. si de aeta. & quali. ibi nūquā de grammatica didicisse, nec etiam legisse do-  
 13 natum. † Nec ipsa lectio omittenda est in monasterijs monachorum, vbi commode obseruari potest. quare omnino debet renouari: supplete episcopo in hoc casu negligentiā Abbatū, & superiorum. §. in monasterijs eiusd. c. sicque de conuentibus regularium dignioribus magistris assignanda. §. in conuentibus, & in constit. clem. 5. in Conc. Vienn. de stat. mon. clem. ne in agro. §. ad ampliationem. ver. rursus. & §. sane singulis, ibi nouitijs etiam fidelis: debent enim monachi fortius contemplationi, & lectioni scripturarum incumbere, quia amando sciētiam scripturarum, carnis vitia non amabunt. ex Hieron. in  
 14 cap. numquā de conse. dist. 5. † Quae lectio sacrae scripturae tanto facun-  
 15 16 dior reddit, quanto in publicis Gymnasijs, & studijs generalibus habeatur, in quibus instituenda est, & restituenda, vbi fuit primū assignata: in quo, & Principum Christianorum, & reipublicarum pietas, & charitas exortatur, propter multos fructus inde proueniētes in §. in Gymnasijs autē: ad imitationē antiquorum imperatorum, & Neapoli Federicus Imperator ordinauit studiū omnium scientiarū. an. dom. 1244. teste dom. Marin. Fre. de subfeud. lib. 1. in 7. offic. nu. 16. (fecerat enim ipse Federicus antequam ab ecclesia deficeret multa vtilia, aliafq. leges in fauorē ecclesiae, & contra haereticos, quas obseruari mādauit Innoc. III.) Sic Romae Eugenius III. decreuit studiū esse erigendū in qualibet facultate, vt dicit Leo. X. in suis litteris cōfirmatorijs, incip. dudū suauissimos an. 1513. 1. sui Pōti. (in cōmuni fol. 10.) † Is autē assumendus ad hanc sacrae scripturae lectionē nō passim accipi debet, sed primū examinandus est ab episcopo loci, vbi id munus exercere habet de sua vita. si laudabiliter se confert in vita christiana, de moribus, & sciētia, & demū ab ipso approbatus admittat, tā publice, quā priuatim. eod. c. §. & ne. non tamen in lectore sumēdo in claustris monachorū id ab episcopo requirit: sit praeditus documentis positus per Boet. de discipli. scol. c. 6. vt prudētia sit munitus: inquit enim Tullius lib. 4. de fin. bon. & mal. omnibus artibus volumus attributam esse eam, quae communis appellatur prudentia, quā omnes, qui cuique artificio praesunt, debent  
 16 habere. † Quod vt recte adimpleatur ab ipso lectore assumendo, omit-  
 tendum



tendum nequaquam est, vt in 1. luo-  
 ingressu pro dicto munere legendi  
 exequendo, vt faciat publicam pro-  
 fessionem fidei. iuxta bullā Pij III.  
 Pont. Max. incip. in sacr. sancta. 1564.  
 pontif. sui an. 5. de qua supra pluries  
 mentio facta est, vt cum in fide debi-  
 ta versetur in ecclesia Dei, sperandū  
 est ex sua lectione, vberimos fore cō-  
 sequendos fructus in augmentum ip-  
 sius fidei, sic palā faciet disciplinam  
 doctrinæ suæ, & in lege testamenti  
 Domini gloriabitur, collaudabunt  
 multi sapientiam eius Sapient. c. 39.  
 17 † Et demū in visitatione cognosca-  
 tur, si assūpto officio legēdi diligēter  
 impleat munus suum, si cū charitate,  
 zelo pietatis, & salute animarū profi-  
 ciat, & ne sub specie pietatis impie-  
 tas ab ipso disseminetur. eod. §. & ne.  
 & si quid indecens, & inhabilitatis,  
 aut a vero alienum inueniet, ipsum  
 remoueat superior per prouisionem  
 alterius, ne sub velamine sanctitatis,  
 illicita, & perniciofa doceat iuxta q̄  
 dicit tēx. in clem. 1. in princ. de relig.  
 dom. vbi subdit gl. illud prouerbiū in  
 odium hypocritarum, q̄ simulata e-  
 quitas duplex est iniquitas, ne sit ad  
 instar etiam, falsorū prophetarum, q̄  
 vt dicit Dom. Matth. c. 7. veniunt ad  
 vos in vestimentis ouium, intrinsecus  
 18 autem sunt lupi rapaces † Sacra igitur  
 scriptura non aliter ab ipso, & ab  
 alijs interpretetur, quā sm̄ eum sen-  
 sum, quem tenuit, & tenet sancta ma-  
 ter ecclesia, & vnanimis cōsensus sā-  
 ctorum patrum eod. sacr. Conc. Tri.  
 cautū est ses. 4. de edit. & v. sacr. lib.  
 §. p̄ terea: & si cōtrouersia aliqua fue-  
 rit pertinens ad scripturam, nō aliter  
 interpretabitur, quā quomodo eccle-  
 siæ luminaria, & doctores in suis scri-

ptis exposuerunt, iuxta aliud decre-  
 tum Conc. gen. 6. Cōstant. c. 19. nam  
 ipsa intelligitur multiplici sensu vt  
 per S. Thomam p. 1. q. 1. art. 10 & 11.  
 Dried. eod. tract. lib. 2. cap. 1. fol. 54.  
 quod si adhuc dubium est, & dictis  
 sanctorum patrum non dilucidatur,  
 recurratur ad summum Pontificem,  
 ad quem pertinet interpretari sensū  
 sacræ scripturæ. vt dicit dom. Card.  
 de Tur. Cre. in sum. eccl. lib. 1. c. 107.  
 & lib. 3. cap. 54. in princ. & id etiam  
 in interpretatione decretorum sacri  
 Conc. Trid. iuxta bullam Pij Quarti  
 Pont. Max. de confir. Conc. Tri. inc.  
 benedictus. §. si cui vero, & §. nos. nā  
 anno 1564. quæ est reposita in fin.  
 eiusd. Conc. postea impræssi: † Epi-  
 scopi etiam numquam sint sine le-  
 ctione sacrarum scripturarum, sed eā  
 semper adhibeant in eorum mensa,  
 vt anima cibo spirituali consoletur,  
 corpus vero materiali regatur. ses. 2.  
 eiusd. Conc. §. & quoniam, quod sta-  
 tutum fuerat in omnibus sacerdoti-  
 bus ex Conc. Tolet. 3. cap. 7. idq. ob-  
 seruandum propter remouendas fa-  
 bulas. quæ cōuiujs admisceri solent  
 c. pro reuerentia 44. dist. c. in omnib.  
 de cōse. dist. 5. vbi prophani homines  
 vitia sceleraq. addunt, vnde memoria  
 refert, & crudelia in conuiujs fuisse  
 perpetrata, sic vorax ambitio trahit  
 indomitos epulantes, de Alexandro  
 Magno legitur in eius vita plures ab  
 eo cōuitatos in mensa fuisse occisos,  
 quos postea vino cessante plurimū  
 fleuit, & nos legimus apud Marc. c.  
 6. Gloriosum martyrem Ioannē Ba-  
 ptistam Domini p̄scrutorem iussu  
 impij Herodis in præmiū saltantis,  
 ob fraudē, & peccatū parentum in-  
 calefcētibus epulis in carcere capite



percussum, quod seruare Herodes, licet iurasset, non tenebatur. Quia ad homicidium extendi non debet iuramentum, loquitur tex. in terminis in c. cum iuramento, de homic. cum dicatur incauta iuratio. c. sicut de iuri. 20 iu. Imo diebus festiuis, & precipue dominicis populū docere debēt episcopi eloquia pietatis, ac rectæ religionis; colligentes fructus ex diuina scriptura, ex decreto Conc. gen. 6. Constantinop. c. 19 q. & decretis Conc. Tri. confirmatū est, prout seq. c. dicemus. Vnde oportet, episcopū doctore esse, ne inferiorū culpæ in eū refundatur, dicit Grat. 86. dist. in prin. vt in promptu habeat legē scrutabiliter, & nō tā transitorie, tā sacros Canones, & sanctū Euangelium, quā diuini Apostoli librum, & omnem diuinā scripturam, atq; sū mandata conseruare & docere sibi populū cōmissum, iux. declarationem 7. Syno. repositæ a. 21 Grat. in c. oēs. 38. dist. † pro hac autē legendi, & docēdi licentia nihil prorsus datur, sed omnino ab episcopo gratis est cōcedēda. c. 1. de magi. ead. fef. 5. c. 2. Et si quid forte solutū fuerit restituatur, c. 1. & 2. eod. tit. de mag. vbi assignatur ratio; quia gratis est acceptum, gratis est dandum, & ibi vide Abb. n. 2. post Innoc. An sit simonia aliquid accipere pro licentia docendi, q. satis videtur. Non sic in ipso lectore, qui accipere potest vnde viuat, vt semināti spiritualia dentē tēporalia: sicuti de doctore vēdente iustū consilium dicit gl. in c. quia nō multis, de magi. & alia similis in c. infames. 9. apud Urbē. 3. q. 7. c. nō licet. 11. q. 3. Late Tiraq. in suo nobil. trac. 24 c. 21. nu. 30. Vnde episcopi gratiam a Deo acceptā gratis impartiantur, ne

venditores colūbarū dicant, quos dominus ab ecclesia eiecit. lo. c. 2. & c. non solū. 1. q. 3. † nāq. oīs lex Dei habet pænā, & præmiū: præmiū in bene viuētibus eam custodientibus: nā & legis peritus interrogans dominū Luc. c. 10. quid faciendo possideret vitam æternā, ad responsū Iesū, narrans q. in lege esset scriptū finē suæ interrogationis audiuit: Fac hoc, & viues. Pœnam in male viuētibus eā contemnentibus: cū ipsius legis proprium sit, statuere bonis præmiū, & malis pœnā. 23. q. 5. c. non nos: & in homine primo formato, præmiū gratia ipsius Dei, qui est omne bonū. Pœnam, in quocūq. die comederis ex eo morte morieris. Gen. c. 2. Inde dixit gl. in regula q. ob gratiā in fi. de reg. iur. lib. 6. q. pœna non debet conuerti in præmiū, & præmiū in pœnā: idq. proponere habet parochus ad populum, vt patet ex cathechis. gen. fol. 419. † cum. n. homines in laxiorē vitā prorumperēt, necessaria fuit lex: si homo profecto ratione regeretur, non vtq. legibus insudandum esset, vt ad rationis normā reducerēt. Abb. Fel. in proæ. Rex pacificus. Cagn. in rub. ff. nu. 17. ideo si vis, o Christiane, ad vitam ingredi, seruato mandata. Matth. cap. 19. Est enim ratio habitus dirigens omnem actionem humanā in vltimū, & optimum finem, quam Boet. nostram ducem appellat. lib. 1. de consol. Philoso. prof. 3. in fin. Vnde quod ratione caret, extirpandum est. cap. cor episcopi. 69. dist. sed declinandum a malo, & faciendum bonum, inquirenda est pax, & ea sequenda 1 Petr. cap. 5. † Sed cum natura humana prona sit ad peccandū cap. omnis ætas. 12. quæst. 1. & creatura



ura vanitati fit subiecta. ad Rom. c. 8. Faciunt ad propositum dicta per Innoc. in cap. pastoralis de offic. ord. quæ sunt notanda, q̄ homo posset ita esse bonus, & adeo ratione regi, vt non subijciatur legi, idest exercitio legis, Felin. in eod. proce. Rex pacificus. nã viuens recte non est sudditus iudici, quo ad exercitium iurisdictionis. Gemi. per illum tex. 22. dist. cap. de Constantinopolitana. Ideo factæ sunt leges, vt earum metu, humana coerceatur audacia, & tuta sit inter improbos innocentia. cap. factæ sunt. 4. dist. cap. ad fidem. 23. q̄o. 5.

25 † Vnde quia proterui non verbis, & benignitate persuadentur, lex fuit necessaria, reprimendo eos per vim, & metum eod. c. factæ sunt, per quam male facere prohibentur. alleg. cap. ad fidem: vbi benefacere in voluntate est. Viguer. de leg. humana, cap. 17. vers. 1. ex illo communi adagio. Vis potestatem non timere, fac bonum. Cum quibus proteruis ita viuendum est, vt nec societur eorum malo, nec fauendum, c. ita plane. 23. q. 4. & caute standum. sunt enim cū bonis mixti, nec separari possunt, quia zizania inter frumentum, & sic mali in ecclesia: vt in corpore humano mali humores, qui interdū ex corpore, c. est vnitas in ecclesia, de cons. dis. 4. q. n. procedit ex ore, coinquinat hominē.

26 Matth. c. 15. † Ideo omni possibili facto curandum est ad vitam reducere malos, & per exempla, & per scripturas. Quare sacræ scripturæ lectio est admodū necessaria, quia quicquid alibi quæritur, hic inuenitur. c. legimus in fine 37. dist. & ecclesia exinde indiget viris litteratis cap. cum ex eo. de elect. lib. 6. quod autem sit necessa-

ria patet, quia in ipsa quisq. instruit pro sua salute, quid credere, quid sperare, quidve agere oporteat per Io. Dried. de eccles. script lib. 1. c. 1. fol. 2. in fine, & ex tribus probat S. Tho. in sum. 1. par. q. 1. ar. 1. reassumit Flor. in 4. tit. 11. cap. 2. §. 5. qui enim conseruat legem, multiplicat orationē. Eccles. 35. in Prou. c. 3. custodi legem meam, atq. consilium meum, & erit vita animæ tuæ, & gratia faucibus tuis. † Nec deest præmium ipsam scripturam docentibus, nam & ipsi, & etiam audientes gaudēt omnibus priuilegijs circa perceptionem fructuum præbendarum, & beneficiorum suorum, ex constitutione Honorii III. in cap. fin. de magist. & Innoc. III. in cap. cum diuersis, de priuile. li. 6. & in canone Concil. Tri. ead. ses. 5. cap. 1. de reform. in fine. non tamen de distributionibus quotidianis, quæ solum interessentibus dantur, c. 1. de cler. non resid. lib. 6. ses. 24. eius. Cōc. de reform. gen. cap. 12. §. distributiones, supra cap. 15. nu. 25. Nisi forte dicas, etiam in ipsis, in studentibus in sacra scriptura, sicuti per verbum, saluo, loquitur Ioan. And. in citato cap. cum de diuersis quod non videtur per iura supra adducta, & in declaratione Euge. III. aperte declaratur, de qua supra est dictum. † in eo autē aduertant ipsi magistri, ne sacrā scripturam in linguā vulgarē vertāt, id nēpe nō expendit populo, vt dicit Pet. de Soto, lec. 15. de cer. Mis. adducēs q̄ multæ parabolæ, & enigmata sacræ scripturæ, si in linguā vulgarē trāsferant, nō minus obscura sūt, quā latina: quare possēt in populo causare absurdas opiniones, & varios sēs⁹ quibus intellect⁹ offuscat⁹ vacillet in religione



religione christiana, & tex. clem. 1. de mag. statuit verti libros de lingua hebraica, arabica, caldea in latinum, nō de lingua latina in vulgare. † Quod autem sit malum, & perniciosum experientia visum est, cum vsus sacrorum bibliorum cūctis passim sit permissus, vt inde potius detrimentum, quam vtilitas sit orta, quare qui sine licentia in scriptis ab episcopo, vel ab Inquisitore Biblia in vulgari tenuerit, absolutionem peccatorum

non habeat, nisi ipsis ordinarijs redditus: & librarij puniantur arbitrio episcopi, idque etiam in regularibus a suis praelatis, iuxta quartam regulam Indic. prohib. & hanc lectionem bibliorum in vulgari multum detestatur Arnol. Alber. de agnoscen. assert. cathol. & hæret. q. 28. nu. 34. appellans translationem damnosam, & periculosam, & dictum Arnaldi adducit nouissime Iacob. Menoc. conf. 82. nu. 111. cum seq.

DE PRAEDICATIONE VERBI DEI; ET  
Prædicatore eius in Ecclesia deputando.

CAP. DECIMVMOCTAVVM.

S V M M A R I V M.

- |    |   |    |  |                                      |
|----|---|----|--|--------------------------------------|
| 1  | Prædicatio quam sit necessaria populo Christiano.   | 15 | Prædicatores non debent intrare in subtiles quæstiones. Nec detrahere praelatis ecclesiarum, nu. 16. |                                      |
| 2  | Prædicatio est præcipuum munus episcopi.            | 17 | Prædicator circa officium suum potest in multis peccare.   |                                      |
| 3  | Christus fuit prædicator.                           | 18 | Peccatores fugiunt audire verbum Dei, nu. 19.  |                                      |
| 4  | Prædicandi septem sunt modi.                        | 20 | Resurgimus a peccatis plerumq; ob timorem.   |                                      |
| 5  | Prædicatoris conditiones quæ sint.                  | 21 | Prædicatio verbi Dei quare audiatur.   |                                      |
| 6  | Prædicator debet esse vox.                          | 22 | Christianus non debet esse otiosus in fide, sed operari.   |                                      |
| 7  | Silentium est fugiendum a prædicatore.              | 23 | Norma prædicatorum quæ sit.  |                                      |
| 8  | Prædicatores a quibus debent cauere.                | 24 | Prædicator debet prædicare a quatuor partibus Mundi, sicuti sunt quatuor venti.                      |                                      |
| 9  | Facta debent correspondere verbis in prædicatore.   | 25 | Venti principales quid significat. ibi.  |                                      |
| 10 | Prædicandum quibus non est.                         | 26 | Fructus prædicationis qui sint.  |                                      |
| 11 | Prædicator ad quid debet esse intentus.             |    | 26   | Gladius dicitur verbum Dei, & quare. |
| 12 | Nullus potest affirmare in hac vita se saluum fore. |    |  | Verbum                               |
| 13 | Dimitte nobis debita nostra, etiam iusti dicunt.    |    |  |                                      |
| 14 | Huomini tria sunt necessaria ad sa-                 |    |  |                                      |



- 27 Verbum Dei dicitur illuminatiuum. 30 Prædicator quando puniatur ab episcopo.  
 28 Viri idonei debent assumi ad onus prædicationis.  
 29 Prædicator debet examinari ab episcopo, & approbari in scriptis. 31 Prædicator silet episcopo prædicante, vel coram se prædicare faciente.

**S**electio sacræ scripturæ in ecclesia Dei utilis est, vt supra diximus. † Prædicationis verbi Dei etiam redditur necessaria populo Christiano. iuxta dicta in Conc. Trident. sess. 5. de reform. cap. 2. nec minus expedit prædicationis Euangelij, quam ipsius lectio. & S. Augustin. recitatus a Grat. in cap. interrog. 1. q. 1. non est minus verbum Dei, quàm corpus Christi, scilicet quo ad efficientiam, vt bene declarat S. Antonin. in sum. 2. p. tit. 9. cap. 1. per totum, quia sicut cibo materiali corpus reficitur ita, & anima spiritali cibo, quod est verbum Dei, recreatur. Abb. in c. inter cætera, de offic. ord. Alphon. Aluar. in suo Specul. cap. 11. non in solo pane viuit homo, sed in omni verbo, quod procedit de ore Dei. Matt. c. 4. & Maria sedens secus pedes Domini audiebat verbum illius. Luc. c. 10. † Prædicationis exinde dicta est esse præcipuum munus episcopi, sic dicitur in c. 20. Conc. 4. Carthag. vt episcopus nullam rei familiaris curam ad se reuocet, sed vt lectioni, & orationi, & verbi Dei prædicationi tantummodo vacet: & clarius sess. 24. Conc. Trid. de reform. gener. cap. 4. in princ. & in eius consecratione iuxta ritum Pontificalis libri fol. 31. accipe Euangelium, & vade, prædica populo tibi commisso Apost. in prior. ad Tim. 4. prædica verbum, in ista opportune, importune: imo proprium ipsius de prædicationis mini-

sterio cogitare semper, dicit beatus Greg. lib. 1. epist. 39. Do. Archiepisc. Bracha. de morib. prælat. c. 7. Frat. Ludou. Granat. de off. past. 2. p. c. 6. fol. 26. † Ex quo apparet quam magnæ sit huius officii prædicationis auctoritas, & præeminentia, cum Christus Saluator noster fuerit Prædicator. cap. cum ex iniuncto, de hære. vnde & prophetæ, & Angeli prædicatores dicuntur, probat Flor in 3. tit. 18. cap. 3. & Ioannes Baptista, ego vox clamantis in deserto, dirigite vias domini. Io. c. 1. S. Bernar. super cant. ser. 22. Christus factus est nobis sapientia in prædicatione, iustitia in absolute peccatorum, sanctificatio in conuersatione, quam habuit cum peccatoribus. fuit enim facundus in suauitate sermonum, & morum suorum. ferm. 31. ipse namque est sapientia patris Luc. c. 11. ad Coloss. cap. 2. † & licet dom. Flor in 3. tit. 18. c. 5. conetur demonstrare septem modos prædicandi, seu procedendi in prædicatione, per expositionem Euangelij, & epistolæ, de die secundum morem antiquorum, ite sumendo auctoritatē a sacra scriptura pro themate sermonis, qui modus hodie adhuc a multis seruatur. Tertio per distinctiones, & est facillimus modus, item per assignationem multiplicationis effectuum discurrendo propositiones, causas, & gradus. & per thema Euangelij, ad illud de die, ad quod multū iuuant figuræ veteris testamenti,



stamenti: & per interpretationē, & expositionē nominis, vt si de aliquo festo agatur, q̄ & primi prædicatores obseruabant. 7. per curiositatem moralē, seu per moralitatē sequēdo exēpla in vnoquoq. casu. vide ibidē. Hodie tamen varie obseruatur secū dū qualitātē locorū, & personarū, vt in multis conspicimus, & vidimus, sicuti in libris magni illius concionatoris verbi Dei episcopi Bitontini Frat. Cor. Mussi. Vltimō, & melius sequendo apostolorum institutū eis a Christo datū, vt Deo commendantes ab ipso sperēt, quid influat cordibus ipsorum, vt populū spiritualiter pascant. Matth. c. 10. Nolite cogitare quomodo, aut quid loquamini, dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini, non enim vos estis, qui loquimini, sed spiritus patris vestri, qui loquitur in vobis. Et c. 12. apud Luc. Ponite ergo in cordibus vestris non præmeditari, quēadmodū respōdeatis: ego enim dabo vobis os, & sapiētīā, cui nō poterūt resistere, & contradicere aduersarij vestri. Et ad Hierem. c. 1. Ecce dedi verba mea in ore tuo. Isai. c. 49. posuit os meum quasi gladiū acutū: Ex quo Dauid in suorum psalmodiū initio rogabat dominum, vt aperiret labia eius, quod per orationem & viuam fidem assequitur. Vt autē officiū suū quilibet prædicator adimpleat, dicit Aluar. Pelag. de plant. eccl. lib. 2. c. 4. debet versari in docēdo verbo, & opere. Primo q̄ habeat interiorē charitatē ardētē, exteriorē vitā lucentē: nā cuius vita despicit, eius prædicatio continetur. c. porro. 3. q. 7. item q̄ accipiat tempus opportunū, locum, & qualitatem audientium, sapientibus scilicet

alta prædicando, simplicibus plana, docēdo vtilia, non fabulas, figurata poetarū allegorice interpretādo. August. lib. 2. de doct. Christ. c. 17. & inquit Arnal. Albert. de hæret. quæst. 28. nu. 33. qui in ecclesia Dei ad populū declamat, det operā, vt præceptis respondeant opera: qui enim fecerit, & docuerit, magnus vocabitur in regno cœlorum, & qui docet, debet vitare omnia verba, quæ non docent: & vt ad intelligentiam veniant audientes. August. eod. tract. lib. 4. c. 10. & c. 30. Vnde primū oriet Deum, vt sermonē bonum præbeat ori eius & audientes cū fructu sumant, & cū bene agit melius docet, cum in omni ecclesiastico doctore quæramus, quid sequatur, quid doceat, quomodo dicat, quomodo viuat, spiritu feruenti prædicetur, vt nō ipse, sed Spiritus sanctus videatur eloqui, alias inquit Gregor. in Moral. Verba, quæ de frigido corpore proferuntur, nequeūt inflāmare creditores ad supernū desiderīū, vnde loquat cū auctoritate, vt non sua verba, sed domini dicat. Matth. c. 10. Quod dico vobis in tenebris, dicite in lumine. eod. c. cum ex iniūcto. Hierem. c. 1. Ecce dedi verba mea in ore tuo. & exēplo ipsius. Io. c. 8. A me ipso facio nihil: sed sicut docuit me pater, hæc loquor. & c. 7. mea doctrina non est mea, sed eius, qui misit me: nec prætermittat reſtitudinem sermonis, & intentionis, vt nō aliud intēdat, nisi salutē audientiū, ne ambitio in eo notetur, vt ingemiscēs de aliquibus dicit ipse Arnald. Albert. ead. quæst. 28. & nume. alleg. cum scientia competenti, ne ipse erret, & alios in laberinthum adducat, nam vani sunt omnes homi-

nes,



nes in quibus non est scientia Dei. Sap. cap. 13. capiens opportunitatem temporis, nā dicitur eccl. c. 2. Ex ore fatui reprobabitur parabola, non enim dicit illam tempore suo. & c. 8. omni negotio tempus est, & oportunitas, nec sit sine gratia adiutrice. quia prædicatio non est fructifera sine gratia Dei: de qua dicit Apost. ad Colloffenf. cap. 4. sermo vester semper cum gratia sale sit conditus: non enim ignorare debet operum nostrorum sine gratia Dei imbecillitatem: dicit namq; ipse dominus in euang. Ioann. 15. Sine me nihil potestis facere. & in vlt. ad Cor. cap. 3. non quod idonei simus cogitare aliquid a nobis quasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex Deo est. & in prior cap. 15. gratia autem Dei sum id quod sum. Augustin. de ecclesi. dogmat. cap. 42. cum duobus sequen. ex Concilio Arausic. canon. 6. & 7. & sess. 6. Conc. Trident. de iustifica. cap. 16. † Si enim prædicator est, vox est, id est Christi, cum quo debet se conformare. Ioan. 1. ego vox clamantis in deserto. ad tit. cap. 2. tu loquere, quæ decent sanam doctrinam: cum manifestauerit Christus verbum suum in prædicatione. 8 cap. 1. & 2. ad Tim. 4. opus fac euangelistæ, & quisq; euangelij prædicator, ita debet in ecclesia laborare, vt defuncto fratri, id est Christo, suscitetur semē qui pro nobis mortuus est, & q̄ suscitatum fuerit eius nomen accipiat. octaua quæst. prima c. olim. & Isa. c. quinquagesimo, dominus dedit mihi linguam eruditam, vt sciā suscitare eū, qui lassus est verbo. sic. n. sibi prodest, & ecclesiæ, & tunc utroq; 7 pede erit calciatus. † Et eum prædicatoris nomen sortitur, caueat tacere,

tempus est loquendi, dicit Apost. ad Cor. vā enim mihi si non euangelizauero. Isai. cap. 6. vē mihi quia tacui, quia vir pollutus labijs ego sum. & Hierem. cap. 48. maledictus, qui opus domini facit negligenter: & si Paulus formidabat, quanto magis alius exiguus. 43. dist. cap. dispensatio: in de conqueritur dominus apud Hierem. thren. 4. paruuli petierunt panem, & non erat, qui frangeret eis. ead. sess. 5. cap. 2. 9. id vero. Isai. cap. 58. clama ne cesses, quasi tuba exalta vocem tuam, & annuntia populo meo scelere eorum, & domui Iacob peccata eorum & indiscretum silētium, eos, qui erudiri poterant, in errore dereliquit cap. sit rector. 43. dist. vbi sub dit. tex. sæpe namque rectores inprovidi humanam ammittere gratiam formidantes, loqui libere recta pertimescunt, & iuxta veritatis vocem. Ioan. c. 10. nequaquam gregis custodiam pastorū studio tenēt, sed mercennariorum vice deseruiūt, qui veniente lupo fugiunt, dum se silentio abscondunt, quos Dominus Canes mutos non valentes latrare dicit. Isai. cap. 56. & in dicto capit. sit rector. † Caueat autem quisque prædicando, ne dictis suis falsitatem immisceat, adulationem fugiat, dicto cap. dispensatio, circa finem, eo magis arrogantiam, ne odibilis fiat, & fructus operum perdat. scandala, dissensiones, æmulationes vitentur, ex quibus multa mala sequuntur, dū fauendo vni opinioni alteri detrahat, in extrauag. Sixti IIII. graue nimis, superfluitatem, & leuitatem, ne imitetur? Sed omnes studeant populum ad lachrymas de peccatis suis, non ad risum ducere, indiscretum sermo.



fermonem numquam proferendo, neque multum proprio sensui innitendo, de constit. c. ne innitaris. Flor. eod. c. 18. c. 4. † Nec debet esse alienum a vita prædicatoris, q̄ ipse prædicat, ne sit illud euāgelij in eo. Matt. c. 23. dicunt, & non faciunt. Populus .n. accrescit in fide ex factis, potius quam ex verbis, incertum namq. loquitur, cum aliud loquitur, & aliud facit, sicut incertam vocem det tuba (dicit do. Petr.) quis se præparabit ad bellum. 1. ad Cor. c. 14. populus ipsa facta sequitur, quia de factis raritas maxima, de verbis autem semper fit copia. Vnde plus est quid facto explicare quam verbo. Abb. in c. dilecti filij. n. 4. de appell. & voluntas potius datur intelligi facto, quā verbo. ff. de edil. edic. l. si tamen. §. ei. & verba plerumq. contra intentionē proferunt, deci. in l. non vult hæres ff. de reg. iu. & dixit not. Phi. 10. Ethi. q̄ verba nō faciūt nos bonos (scilicet solum) sed facta eis referre, & si concordant cū operibus verba, recipere illa oportet: sin vero discordant, rationem requirere, sed dominus præcepit. Matt. c. 23. omnia quæcumq; dixerint vobis seruate, & facite, secundū vero opera  
 20 eorum nolite facere. † Detractores cū viderit prædicator, fugiat eis prædicare. Matth. c. 7. Nolite sanctum dare canibus, neq; mittere margaritas antē porcos, curiose proponentibus non respōdere, sicuti de illo curioso & molesto, qui interrogauit magnū virum, quid faceret Deus in qualibet hora diei. Vnde Christus Herodi interroganti respōsū non dedit. Matt. cap. 23. aut verbo Dei insidiantibus Psal. 38. posui custodiam ori meo, cum consisteret peccator aduersum

me: Obsinatis, quia non recipiūt verba prudentiæ Prouer. 18. nisi dixeris ea. quæ versantur in corde suo, id est, quæ sunt beneplacita eis: sed qui est Christi, verba Christi loquitur, & qui ex Deo est, verba Dei audit. Io. c. 8. de quibus dicitur cor durum male habebit in nouissimo. eccl. c. 3. Iob. cap. 41. cor indurabit quasi lapis, & stringetur, quasi malleorum incus, quibus in malitia obstinatis Deus nō misertur, quoniam Christum absoluisse mortuos in errore non legimus. facit 24. q. 4. c. legatur. & in pænis continuis restant, ex quo noluerunt consilij salutaribus sanari. 47. dist. cap. quo ad nos, & quib⁹ est sine fine mors perpetua. August. in Enchir. ad Laurent. cap. 92. & cap. 93. non enim acquieuerunt, sed iniquitati crediderunt, unde iram, & indignitatem habent reportare S. Tho. cont. gent. lib. 3. c. 140  
 11 cū seq. † Ideo ipse prædicator ad hoc sit intentus, vt animas Deo acquirat, vnde non debet in totum studere verborum elegantiæ, vt habet in Cōc. Remens. c. 11. refert suo. par. 6. c. 198. studendo communi linguæ, quia ille est verus doctor, qui prædicando lachrymas, non ritum mouet, qui corripit peccatores, & nullū beatum, nullum felicem dicit. Isai. cap. 3. Popule meus, qui te beatum dicunt, illi te decipiunt, & viam gressuum tuorū dissipant. Inde sapiēs ille Solon Atheniensis ad Cresum Regem se felicissimum iactantē respondit, neminem in hac vita o Rex beatum dixeris, quod paulo post expertus est ipse Rex, cū ex excelsō sui regni folio deiectus in ditionē Cyri Regis deuenit, profuit tñ sententia in Solonis, quia eodem exemplo commotus Cy



rus, liberum dimisit pacatis rebus, sic vadunt res mundi, quod demonstrat Franciscus Petrarca in primo de mort. cap. ponens versus.

*Iuieran quei, che fur detti felici,  
Hor sono ignudi, miseri, & medici.*

Imitatus Ouid. lib. 3. Metamor. eandem sententiã in Cadmo ponentem.

*Sed scilicet ultima semper.*

*Expectanda dies homini est, dici-  
que beatus.*

*Ante obitum nemo, supremaq; fu-  
nera debet.*

Non enim potest quis in hac vita certitudinaliter scire se esse in gratia Dei, quamuis coniecturaliter ex operibus possit conijci. in Conc. Tri. sess. 6. de iustif. c. 9. in fin. verb. beat. Vincent. ordi. præd. in ferm. de sanct. syl. 12 in princ. † Cum enim christianus in hac vita, sit vt viator, potest ad bonũ & ad malũ verti, (& vtinã nõ potius ad malũ) ideo nõ est affirmare, quẽ saluum esse, vt est dictum, & Menochius alleg. conf. 82. Nescit homo in hac vita, an amore, vel odio dignus sit. eccl. cap. 9. nescit finem suum, iustus perit in iustitia sua, & impius 13 multo viuit tempore in malitia sua. ibid. c. 7. quoniam omnis hominum vita non humana iudicio examinanda, & iudicanda est: sed Dei, qui illuminabit abscondita tenebrarũ, & manifestabit consilia cordiũ. ad Ro. 6. ead. sess. de iustif. c. 16. in fi. Nam si quis dixerit se non habere peccatum se ipsum seducit, & veritas non est in eo: Ioan. in sua prior. c. 1. August. contr. Pelag. c. 3. lib. 3. & de eccles. dogmat. c. 35. & de futura Beatitudine non potest esse certitudo scientiẽ sed credulitas tantũ, illũ fore salũ. Innoc. in c. fi. vers. illud autem de iur.

cal. omne autẽ est ex gratia Dei, cum quos vocauerit, hos, & iustificauerit: nõ enim sunt condignæ passiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis. ad Rom. c. 8. Ideo resoluitur dubiũ secundum Theologos. Aut quæritur certitudine morali, aut scientiæ externæ, & internæ, aut vero certitudine fidei, quæ nõ potest. Immo asserere quẽ iustũ certo scire se esse in Dei gratia, & securum de vita æterna, in hæresim Lutheri incidit. cõtra quã est determinatio sanctæ ecclesię in Conc. Trid. sess. 6. de iustif. c. 12. Nemo quoq. (inquit) quam diu in hac mortalitate viuitur de arcano diuinę prædestinationis mysterio vsq. adeo præsumere debet, vt certo statuatur se omnino esse in numero prædestinatorũ &c. & can. 15. si quis dixerit hominẽ renatũ, & iustificatũ teneti ex fide ad credendum se certo esse in numero prædestinatorum, anathema sit. In Conc. Mileuit. c. 6. vbi recitatur dictum Apost. Io. 1. c. 1. vide citatos per Menoc. eod. conf. 82. nu. 5. & num. 13 57 cũ plur. sequent. † Inde August. eod. tract. de eccl. dogmat. c. 36. affert illam sententiam veram, quod iusti omnes veraciter pro se ipsis et dicant supplices ad Deũ. Dimitte nobis debita nostra. & Conc. Trid. adducta sess. 6. ipso tit. c. 11. nam iustorũ illa vox est, & humilis, & verax. dimitte nobis debita nostra. ex Matth. c. 6. Luc. cap. 13. Mart. Nauar. de horis can. cap. 9 nu. 165. & in c. vnum orarium. §. nomine. 25. dist. vbi Hier. contra naturam esse dicit, aliquem esse sine peccato, & melius in c. de quotidianis, in prin. de pœnit. dist. 3. ad Rom. cap. 5. Propterea sicut per  
vnum



vn̄um hominē peccatum intrauit in mundum, & per peccatum mors, ita & in omnes homines mors pertransit, in quo omnes peccauerūt. *sess. 5. eiusd. Conc. de pecc. origin. §. si quis Adæ. sess. 6. de iustifi. c. 1. † Prædicator itaq. sollicitus esse debet pro salute audientiu in his explicadis, inuigilās omnes obseruare viā iustitiæ, & mandata diuinæ legis, cū homini tria sint ad salutē necessaria, a quibus pēdet tota lex & sciētia; scilicet credēdorū, desiderandorū, & operandorū: quia sine operibus fidē mortuā dicimus. *Iacob. c. 2. ead. sess. 6. c. 11. & can. 20. Prima scientia consistit in Symbolo; secunda in oratione dominica, & tertia in lege & in euangelio. Declarat Alphons. Aluar. in suo Specu. c. 50. 1. part. vers. 15. Quia Symbolū nihil aliud est, nisi breuis collectio credendorū facta ab Apostolis, cū in vniuersum mundū prædicaturi Christum Crucifixū vellent ire, a Spiritu sancto ducti. B. Clemens in epist. ad Iac. Frat. Dom. i. & August. de temp. in serm. 181. & Do. Card. Aracæl. in præfat. ad Symb. Apostol. Oratio dominica instituta ab ore ipsius Christi docētis Apostolos suos orare. *Matt. c. 6. continet summā petendorū. August. de bon. perfeu. & in Ench. ad Laur. c. 115. cū seq. Do. Card. Hofi in lib. confess. c. 54. Mart. Nau. in Man. latino. cap. 11. nu. 1. Gul. in suo ration. lib. 4. cap. 47. & infra in alijs libris seriosius continetur. de lege. Si vis ad vitam ingredi serua mādata, Omnia, quæ dixi vobis custodite. *Exod. c. 23. Deutoron. c. 28. in princ. qui euangelū annuntiant, de euangelio viuunt. 1. ad Corin. cap. 9. Multa diserit idē Do. Card. Aracæl. in tract.****

de conf. euang. & infra latius de lege noua, quæ ad modū necessaria sunt scitu. † Sed aduertant ipsi prædicatores, ne in publicis cōcionibus intrent in subtiles quæstiones, ex quibus volando multos vidimus se ipsos fregisse, & frequentius Diabolus argumenta contrariæ partis infigit cordibus audientium, vt in multos labantur errores. Aduertit Arnald. Alber. de hæret. q. 13. nu. 19. Vnde ad Titum scribēs Apostolus dicit, stultas quæstiones, & genealogias, & contentiones, & pugnas legis deuita; sunt .n. inutiles, & vanæ. Et extat decretū Conc. Later. sub Leon X. sess. 11. neq. in ipsis popularibus cōcionibus disputet de conceptione Virg. Mar. in extrauag. Pij V. Pont. Max. incip. sup. specul. 1570. pont. sui an. 5. vide eundē Arnald. Albert. de hæret. q. 17. Nec in specie aliquem reprehendere; sed generaliter, ne scandala oriantur, & exemplo Christi, qui dixit; Vnus vestrum me traditurus est, non reuelando, & not. arg. c. 2. de offic. ordi. quē tex. allegat Cag. in l. fi. nu. 55. C. de pact. † Idq. super omnia, ne prælati ecclesiarū detrahāt. not. in clem. religiosi. de priuileg. & excess. præl. Quia dicuntur ponere os in cœlū. 21. dist. cap. in tantum. Flor. eod. tit. 18. cap. 4. vers. 4. debet, & vide glo. in d. clc. §. quibus. in verb. detrahant. Cauendo in generali loquutione, ne nimis linguam protrahant, qui enim incōsiderate loquitur, sentiet mala. alleg. glo. Nauar. ibid. num. 142. Est namque detractio per se mala & damnosa, & offendens alios, mortalis idem Nauar. cap. 18. in princ. Vnde eccl. cap. 10. contra detrahentes secreto. Si mordeat serpens in silentio, nihil eo minus



minus habet, qui occulte detrahit; In cogitatione tua Regi ne detrahas, & in secreto cubiculi tui, ne maledixeris diuiti; quia & aues celi portabunt vocem tuam, & qui habet pennas annuntiabit sententiam; sibi detractio non prodest, alteri vero nocet. s<sup>m</sup> philof. 2. Rhetor. c. 1. & in psal. 100. Detrahentem secreto proximo suo, hunc persequer. Et nisi christianus linguam suam refrenauerit, vana erit eius religio. 5. q. 5. c. in loco. Facit dictum Pij Papae. in c. nihil. de cōse. dist. 5. Nihil enim prodest homini ieiunare, & orare, & alia religionis bona agere, nisi mens ab iniquitate, & ab obtruncationibus lingua cohibeatur. † Vel retrahere parochianos ab ecclesia parochiali iuxta eam d. const. cle. in hoc. n. quis peccat sicuti in aliis enumeratis per Nauar. in Manu. c. 25. nu. 141. vt sentiens se esse in peccato mortali, & mētiendo maxime circa doctrinam fidei, vel dissuadendo decimarum solutionem ultra praedicta. Item si facetias, fabulas, aut quid ridiculum immiscerent ipsi praedicando, vel si praedicator aberraret a recto tramite iustitiae, desperationem audientibus inducens. De quo dicit dominus per Prophetam. in psalm. 9. Quare tu enarras iustitias meas, & assumis testamentum meum per os tuum, vt recitat Bern. super cant. ferm. 62. circa finem. peccata, & scelera increpare praedicatoris officium est, & eis cominari poenas aeterni cruciatus; & quae maior poena, quae possit inueniri, est priuatio visionis Dei, in quo exultat Angelorum chorus, impii tradentur in ignem aeternum, vbi vermis eorum id est conscientiarum, non morietur, ignis non extinguetur. Bern. in lib. ferm. 41. Si enim obseruassent manda-

ta Dei, essent sine timore aeternae damnationis. Prou. cap. 4. Custodi praecipua mea, & viues. eccl. c. 8. qui custodierit praecipuum domini, non exprorietur quidquam mali. psal. 118. Beati immaculati in via, qui ambulant in lege Domini. Quare? Quia custodiam legem tuam semper in seculum, & in seculum saeculi. Quia mandata tua exquisiui & custodiui legem tuam. Et si ipsi peccatores fugiunt audire verbum Dei, fugiant enim lucem. Ioan. 3. Qui male agit, odit lucem. Vnde Iob. cap. 24. Si subito apparuerit aurora, id est praedicator, arbitratur umbram mortis. Amos cap. 5. Odio habuerunt corripientem in porta, id est in ecclesia, & de quibus dicit psal. 106. Omnem escam abominata est anima eorum, & quorum reproborum tanta est peruersitas, vt non solum bene agere non cupiant, sed nec alios bene agere sinant, & id deterius cum omnino mali sint, vt boni tamen cupiunt, & volunt honorari. Vnde malos christianos peiores esse infidelibus, sanctus Aug. testatur super psal. 30 & contra eos corripientes insurgere graui odio videmus, tanquam si magna iniuria affecti essent, vt dicit Euaristus Papa. in cap. sunt nonnulli. 2. quaest. 7. & tex. optimus sacri Conc. Trid. sess. 13. de reform. c. 6. vbi verba ad episcopos diriguntur, & cuius tex. dispositionem nos ipsi, sicut multi alij experti sumus. † Et vtinam ex increpatione, & correctione ad viam veritatis redirent, cum saluari consilio non adquiescant. Hierem. c. 6. Et de his loquitur Aposto. in sua 2. ad Tim. cap. 4. Sanam doctrinam non ferunt, sed ad sua desideria coaceruant. Et iterum: Resistant

H veritati



veritati homines corrupti, mente re-  
probi circa fidem. cap. nec mirum. 26  
qu. 5. Sequuntur enim Diabolum,  
qui malus est, nam malitiam Diabo-  
lus fecit, quia Deus, qui vniuersalis  
est conditor, nihil nisi bonum fecit.  
August. de eccl. dogm. c. 60. & lib. 12.  
de trini. c. 8. Agere malum non est a-  
gere, sed deficere ab agendo, & in 4.  
Hypogn. Omne malum non est natu-  
ra, sed actus accidens defectu boni: &  
omnis malus sui malefacti est autho.  
de liber. arbit. lib. 1. c. 1. & in lib. d.  
corr. & grat. c. 7. Mali ex quo nō per-  
seuerant in bono, non sunt a massa  
perditionis liberati: inter quos si in-  
nocens versetur nec faciendo malū,  
nec factum malum approbando, ad-  
hibendo dilectionem corrigendi, ple-  
nissimum officium castissimæ Inno-  
centiæ, & diligentissimæ seueritatis  
implet. cap. ita plane. 23. q. 4. Et ideo  
mali non ducuntur, nec reguntur du-  
ctu rationis; sed errore sensualitatis,  
gl. ad Boet. de consol. philo. lib. 1. me-  
tro. 3. in fine. † Sunt tamen aliqui au-  
dientes narrari pœnas inferni, ignem  
perpetuum, quod compūguntur, etsi  
non amore, saltem timore arcentur a  
peccādo, & retrahuntur ab erroribus,  
licet proprium hominum perfectōrū  
sit magis deduci ad virtutem amore  
Iustitiæ, quam timore, iuxta illud vul-  
gatum in ore omnium dictum.

*Oderūt peccare boni virtutis amore,  
Oderūt peccare mali formidine penę.*  
Quod ex Horatio, refert Arn. Alber.  
de hæret. q. 31. n. 4. & eccl. c. 12. con-  
surgent scilicet peccatores a peccato  
ad vocem colubris, id est galli, qui Pe-  
trum negantem ad lacrymas excita-  
uit; cum postquā gallus cantauit, re-  
cordatus verbi Iesu. Matt. c. 26. egref-

sus est foras, & fleuit amaræ. Et fre-  
quentius in prædicationibus homi-  
nes cōpunguntur, de consecr. dist. 4.  
c. proprie in fine, & multa Aluar. Pel-  
lag. de plant. eccl. lib. 2. c. 69. col. 7. &  
hic metus peccandi propter gehen-  
nam non est peccatum, vt hæretici  
sentiebāt: sicq. definitum est in Cōc.  
Tri. sess. 6. de iustifica. c. 8. & infra di-  
ce nus. † Sed veritatem sectando au-  
dire debemus libenter prædicationes  
& ad id omnes hortari, vt per deside-  
rium veniamus ad Deum clamantē.  
Matth. c. 11. Venite ad me omnes, qui  
laboratis, & onerati estis, & inuenie-  
tis requiem animabus vestris: & cu-  
pientes dissolui cum Apostolo, & es-  
se cum Christo. Per mortē anima iu-  
sti cōpleta pœnitentia ad cælū euo-  
lat, hæreditatē sibi promissā, Beati. n.  
mortui, qui in domino moriuntur.  
Apoc. c. 14. & fiducia ad Deum, vt in  
generali iudicio anima nostra cū cor-  
pore glorificetur. Matt. c. 21. Voca o-  
perarios, & redde illis mercedē suā.  
De virtutibus igitur Christianus vadit  
ad Paradisum, de vitijs, autē ad in-  
fernū, sed virtus interior nō sufficit,  
cū requiratur externa bona operatio.  
† Non. n. iuuat christianū otiosū es-  
se in fide, sed secundum veritatē san-  
ctæ ecclesiæ ab omnibus tenendam,  
cuiuslibet requiri, & quamlibet virtutē  
interiorem, & et bona opera exte-  
ra, sine quibus per fidem solam non  
iustificabitur homo, eod. sac. Conc.  
pœcitata sess. de iustifica. c. 10. & can.  
6. vt diximus prius in famil. singul. in  
l. f. num. 80. August. de fid. & oper. c.  
14. ipsaque opera bona sunt ex gra-  
tia, non gratia ex operibus. Idem  
in epist. ad Paul. fol. 245. & in psal.  
31. merces nostra gratia vocatur:  
&



& præsumēti de operibus merces nō imputatur secundum gratiam. Et vide supra n. 14. absitq. nobis gloriari, nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi. **23** Iti. ad Galath. c. 6. † Est ergo redeundo ad primam materiam, prædicatoris officium quatuor memorare semper in suis sermonibus. Primo beneficia nobis collata a Deo, cuiusmodi sunt creationis, redemptionis, iustificationis, & aliorum; quia cum in Christo renascamur, ab ipso iustificamur, ea quippe renascentia per meritū passionis eius gratia, qua iusti euadimus, nobis tribuitur, eadem scilicet. **6.** de iustif. cap. 3. Illum ergo imitando, qui solem oriri facit super bonos & malos. Item beatam vitam annuntiando, pœnas cōminando, & quarto vigilantiam recordando propter fragilitatem nostram, vt homo sciens se infimum, caueat cadere in profundum inferni. Quia si sciret patertam. qua hora fur veniret, vigilaret utiq; & nō sineret perfodi domum suam. Matthæ. cap. 24. Ideo qui perseuerauerit vsq. in finem, saluus erit, eod. **24** cap. † Et hoc ad similitudinē quatuor ventorum principalium; ab Oriente, à quo nobis omne bonū, ab Australi propter suauitatem, & lenitatem; ab Aquilonem propter timorē pœnarum; Hierem. c. 1. ab Aquilone pādetur omne malum, quod de Antichristo dicitur, qui est caput omnium reproborum. Itē ab Occidēte, qui inclinat infirmitates nostras, vt cognoscamus nos ipsos. Et de his quidem quatuor vētis habetur, lib. 2. Metaph. & c. 2. quid sit ventus, & spiritualiter interpretatur vanus timor, vana spes, vanus dolor, vanū gaudiū. Daniel. c. **26** † Quia dicitur sermo eius penetrabilior omni gladio, gladius verbū Dei.

lib. 1. Paral. c. 9. Et dicuntur quatuor venti Cardinales. Cassan. in sua glo. par. 12. confido. 14. & Ezech. cap. 37. A quatuor ventis veni spiritus, & insuffla super interfectos istos, vt reuiuiscant; qui & reuixerunt, vbi resurrectio mortuorum optime notatur, & Apocalyp. c. 7. vidit Ioannes quatuor Angelos, scilicet tenentes quatuor ventos terræ. † Et cū sit admodum fidelis, & opportuna diuinorū eloquiorum prædicatio. Clem. 1. de mag. dom. Paul. de visit. 2. par. 2. q. n. 67. in si. fructus multi deducuntur, & aliqui enumerant nouem, scilicet q. frangit corda nostra per timorem, conterit per dolorē. ps. 50. Cor contritum, & humiliatū, Deus non despicies: Liquefacit per amorem. ps. 21. Factum est cor meū tamquā cera liquefcens, in medio ventris mei, idest, in parte sensitua, vt exponit D. Cardin. de Turrecr. Itē trahit cor nostrū sursum per desiderū. ps. 41. Quemadmodum desiderat ceruus ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te Deus, per dilectionem scilicet, ps. 76. Memor fui Dei, & delectatus sū. Item viuificat, quia viuus est Dei sermo. ad Hebr. c. 4. sanat. ps. 106. Misit verbum suum, & sanauit eos; illuminat, iuxta alium psal. 118. Lucerna pedibus meis verbum tuum, & lumen semitis meis. Et vltimo denique dicitur vulnerare amore, & timore, vt per primum operemur bonum; per secundum respiscamus a malo. Alios duodecim fructus, seu operationes adducit Florent. in secunda, titu. 9. cap. 1. §. 2. Vnde cum magna attentione est audiendum uerbum Dei.



Pfal. 149. ad Ephes cap. 6. cum conscientias audientium feriat, vt videat Christiani, in quo statu ambulēt: etsi negligenter audierint, non minus erunt rei, quam si corpus Christi sua negligentia in terram cadere permiserint. c. interrog. 1. q. 1. Vnde si dū profertur in ecclesia Dei verbum, quis egressus fuerit, excommunicet, de consecr. dist. 1. c. sacerdote. Nam Deus habet ministros, & vindices in eos, qui male agunt, & ponit Ambr. 29 in Homil. quæ legitur in dominica infra octau. Natiuit. domi. sicuti de iudice ministro legis. c. iudex. 23. q. 5. & cap. præced. qui malos percutit in eo, quod mali sunt. Et habet vasa interfectionis, vt occidat pessimos, minister est Dei. † Quod autem verbū Dei illuminet, patet etiā ex Bernard. dicente Si tenebras ignorantie patetis audi, quid loquatur Dominus: aperit enim omnia sermo correctionis, c. in sacerdotibus, 61. distinctio. Item in prædicatione cognoscit homo peccata sua, sicut in speculo, & expulit omnes ignorantias: tanquam verissima scientia. Flor. vbi supra in 10. fructu. Verbum Dei infirmitati, vt virtus, ignorantie, vt sapientie apponitur, saper cant. Bern. serm. 36. in fin. August. in lib. de Corp. domi. recitatus a Grat. in c. intra. 1. q. 1. De virtute verbi Dei credendum est, quod in verbis Christi sacramenta conficiantur, cuius prius creantur imperio eius, vt i. verbo recreantur ad me- 28 lius. † Nunc igitur ex longo itinere ad actum visitationis accedendo, videndum est, quod siue ad tempus, siue ad paucos dies assumi debeant viri idonei, qui in bono opere se habeant, & stare cœperint, & digni mit

ti ad alios lucrandum. c. inter cetera de offic. ordin. alleg. sess. 5. c. 2. vbi intermissum est: Hoc officium episcopi per se suppleant, sin autem viros idoneos assumant, ne districte subiacent vltioni. Deputatus vero examinatur, si pie, sollicitè, ac deuotè hoc officium exerceat, catholicā fidē prædicet: & cum alijs fidem Christianam prædicare habeat, fecerit ipse primum professionem fidei, vt de le- 29 store in c. præcedenti est dictū. † Nisi enim auctoritatem habeat in officio, qualiter adfiter? Apof. ad Rom. c. 10. Quomodo prædicabūt, nisi mittantur, non autem a se ipso hoc munus prædicationis assumere potest, sed vbi prædicare voluerit, se præsentet episcopo loci, a quo examinatur, & approbetur, licentiamq. in scriptis obtineat, gratis ab ipso episcopo concedendam. Sic. n. cautum fuit in Conc. Later. sub Leon X. sess. 11. & a Cōcil. Trid. præfato. c. 2. §. si vero, & sess. 24. de reform. gen. c. 4. etiam in ecclesijs regulariū, qui vltra licentiam suorum superiorum, ab episcopo etiam loci habere licentiam debet. §. in ecclesijs. cap. 2. & eod. c. 4. nullus, dum dicitur. Nullus autem sæcularis siue regularis, etiam in ecclesijs suorum ordinū contradicente episcopo prædicare præsumat. Mart. Nau. in Man. c. 25. n. 143. vers. 4. suppleat episcopus negligentiam aliorū superiorum, si in parochialibus ecclesijs eis subditis prædicationē verbi Dei nō intro- 30 miserint. §. si quæ vero. † Et si quis prædictorū, (quod absit) assumptus ad hoc munus hæreses prædicauerit puniatur secundū iuris dispositionē, aut loci consuetudinē, iuxta decretum eiusd. cap. secundo. §. si vero.



Si autem errores, scandalaq. in populo diffeminauerit, tam si prædicauerit in ipsis ecclesijs episcopi, quam regularium, ei prædicationis officium interdicitur. dicto §. si vero. Et quia solent laici in eos prædicatores insurgere falsis informationibus, dignus est, qui verbum Dei in ecclesia seminat, vt protegatur, & defendatur, quare procuret episcopus in fauore ipsorum prædicatorum, ne quis eorum calumniose, & iniurie vexetur, iniusteque molestetur; sed contra vexantes procedat. † Cum autem episcopi per se ipsos prædicant ( vt tenentur) iuxta præfatos canones, vel publice coram se prædicare faciunt, alius prædicator ea hora silere debet per extrau. Bened. xj. inter cunctas, de priuil. §. caueant tamen, cum sit dignum minorem maiori, & inferiorem superiori in hac parte deferre. Ipsi etenim & omnes parochi in sua diocesi, & ecclesijs parochialibus, diebus Qua-

dragesime, Aduentus, Ieiuniorum, & Dominicis, festiuis, aliisque diebus hoc munus prædicandi impleant, adimplerique faciant, iuxta prædictum c. 4. sess. 24. & cap. 7. & sess. 22. de sacram. Miss. c. 8. Aliquem autem sub nomine regularium extra claustra, & obedientiam viuentem ad prædicandum, aut presbyterum secularem non admittat nisi fuerit notus, & moribus, & doctrina probatus, nec sub pretextu cuiuscunq. priuilegij, antequam sedes Apostolica consulatur, d. cap. 2. §. caueant præterea. Quæstoribus, & eleemosynariis omnino prohibendo hoc officium. §. quæstores Laicos retrahat etiam sub pœna excommunicationis, de hæret. cap. cum ex iniuncto, & de expensis prædicatori faciendis, eleemosynisque præstandis, aliisque necessariis attendatur consuetudo, quam vt laudabilem approbat canon eiusd. Conc. ead. sess. 24. cap. 4. &c.

## DE POENITENTIARIO IN ECCLESIA

Cathedrali constituendo.

## CAP. DECIMVMNONVM.

## S V M M A R I V M.

- 1 **P**oenitentiarie officium magnū in curia Romana. Reformatū a Pio V. nu. 2. Philippus Boncompagnus Cardinalis Sancti Sixti magnus Pœnitentiarius laudatur, nu. eo.
- 2 **P**œnitentiarij deputati in ecclesijs vrbium a quibus absoluant.
- 3 **P**œnitentiarius in ecclesia cathedrali deputandus est ex Conc. Trid. & is qualis esse debeat. nu. 7.
- 4 **E**cclēsia certos casus aliquibus reseruandos retinuit.
- 5 **E**piscopus habet potestatem reseruandi sibi casus, nu. eo.
- 6 **P**rebenda de proximo vacatura concedenda est Pœnitentiario deputato.

H 3 Pp



- 18 *Pœnitentiarius deputatus in visita-  
tione examinandus est.*  
9 *Pœnitentiarius deputatus ab episcopo  
a quibus non absoluit pœnitētes. Et*

*qd existētes in articulo mortis. n. 16.*  
11 *Constitutus in articulo mortis, quā-  
do quis dicatur. Et de modo iniu-  
gendi pœnitentiam ibid.*

**P**otestatem amplissimam ligandi,  
& soluendi Petro Apostolo  
dñs noster Iesus Christus p  
illa verba; Quodcumq. liga-  
ueris. Matth. c. 16. & suis successorib⁹  
dedit. c. ad Apostolicæ. §. nos itaq. de  
re iudic. lib. 6. clem. pastoralis in fine.  
1 **cod. tit. †** Hanc potestatem animas solu-  
endi, in foroque pœnitentiāli dispē-  
fandi Summus Pontifex Christi Vica-  
rius, & Principis Apostolorum suc-  
cessor: alicui ex suis Cardinalibus cō-  
mittit qui Summus Pœnitentiarius  
Ecclesiæ Romanæ dicitur, & totius  
orbis, qui, & alijs hoc munus subdele-  
gat exercendū in ecclesijs Urbis, quæ  
hodie sunt in ore omnium, licet qua-  
tuor principales. & ipse per suam si-  
gnaturam in multis dispensat; per ver-  
ba tamen differentia a signatura San-  
ctissimi Do. Papæ. Ille enim dispen-  
sat p verba: Fiat in forma: hic vero p  
verbum Placet ita Pet. Rebuff. de si-  
gnat. 2. part. nu. 21. cum seq. & de di-  
pens. nu. 35. & vt dicit Gomef. in  
procem. regul. cancell. primitus hoc  
2 officium apud multos cōsistebat. † Sed  
cū omnis potestas ex multitudine of-  
ficialium forte, & in curia tēporis dila-  
tata extra terminos fuerit, expediens  
fuit hoc officium in multis extensum  
magis, vt nunc videmus, reformari, &  
& sanctæ mem. Pius V. Pontif. Max.  
qui totis viribus nixus fuit cuncta ad  
pristinam integritatem restituere, ipsū  
officium reformauit, vt patet in suis  
Apost. litt. super ea re cōfectis incip.  
In omnibus rebus. an. 1569. pont. sui

4. & in aliquibus prius Pius III. i. n. 1.  
alijs incip. In sublimi Beati 1561. an.  
3. vbi sede vacante in foro fori quie-  
scit officium §. volumus. erectū hoc  
officium frequentius per S. R. E. Car-  
dinales, sicuti hoc anno. 1579. cum  
vacauerit per obitum magni Cardina-  
lis Hosij, summa prudentia, singula-  
riq. vigilantia ad illud exercendum  
assumptus fuit Illustrissimus dom.  
Cardinalis Philippus Boncōpagnus  
sanctissimi Domi. nostri Papæ ex fra-  
tre nepos Tituli Sancti Sixti, morib⁹,  
virtute, fide, integritate, & zelo hono-  
ris ecclesiæ quā maxime insignitus,  
& dominus meus obseruandissimus.  
† Ad instar igitur pœnitentiariorū in  
ecclesijs Urbis deputatorū, qui absol-  
uunt omnes venientes ad Curiam Ro-  
manam a peccatis, & sententijs episco-  
po reseruatis. Floren. in sum. 3. part.  
tit. 17. c. 14. vt qui tam ex longinquis  
partibus veniunt ad venerandam urbem  
(in qua principes Apostolorum Pe-  
trus & Paulus sanguinem pro Christi  
nomine largissime effunderunt; de qui-  
bus dicit gl. in extrauag. execrabilis  
in verb. Romanæ. de præb. Ipsam vr-  
bem Apostoli Petrus, & Paulus vna  
die pro merito, loco vno pro gloria,  
sub vno persecutore pro pari virtu-  
te cōpassi glorioso cruore martyrij  
Christo domino consecrarunt, per  
quos Romæ euangelium resplēdit,  
& ecclesia religionis sumpsit exor-  
dium in extrauag. dudum. clem. 7. de  
pœnit. & remiss. c. 4. sacrosancta. 22.  
dist. ) remedium suarum animarum  
& sa-



& salutem inueniant, sicque consola-  
 ti ad proprios lares remeare possint.  
 Et qui pœnitentiarij in anno Genera-  
 lis Iubilei maiorem inueniuntur habe-  
 re potestatem absoluendi: Alexāder Sex-  
 tus in anno Iubilei, licet omnes casus  
 concefferit, voluit tamē, quatuor esse  
 eis referuatos, in quibus non haberēt  
 potestatem: in suis litteris incip. Pa-  
 storis æterni. 1499. an. 8. † Sicq. vt ple-  
 nius omnium saluti consultum sit,  
 prouiso in ecclesia de lectore Sacræ  
 scripturæ, verbi Dei prædicatore, vt  
 satis in superioribus vilum est, quia  
 frequentius occurrunt confessiones  
 casuum referuatorum, a quibus infe-  
 riores absoluere nequeunt, ne inter  
 medium temporis pro salute anima-  
 rum interponatur, Statutū est in om-  
 ni ecclesia cathedrali esse pœnitenti-  
 arium eligendum, qui a referuatis casi-  
 bus episcopo absoluat pœnitentes ex  
 decreto Conc. Trid. sess. 24. de refor-  
 gen. c. 8. §. in omnibus ecclesijs. Nam  
 nulli dubiū est esse multos casus pœ-  
 nitentiales, de quibus infra suo loco  
 dicemus. & Dom. Petr. lib. 4. cap. 24.  
 num. 11. episcopumq. habere ius re-  
 feruandi sibi casus, a quibus nullus in-  
 ferior absoluere potest, ex alio decre-  
 to eius. Conc. sess. 14. de sacram. pœ-  
 nit. can. 1. neq. vigore cuiuscunq. pri-  
 uilegij, etiam propter mare magnū  
 mendicantibus concessum. Quod est  
 notandum, ne sub prætextu primæ  
 confessionis maris magni, seu alte-  
 rius confratariæ, seu sodalitatis, ali-  
 quis maxime regularis in ipsis se in-  
 tromittat in pœnitentiam suæ animæ.  
 5 Namq. ecclesia sancta spiritu Dei re-  
 cta, propter authoritatem conseruan-  
 dam nec non singulorum potestatem,  
 & iurisdictionē denotādā certos ca-

sus in foro cōscientiæ referuauit nō  
 ab omnibus relaxādos, sed episcopis  
 tātummodo retinuit, & alijs iurisdic-  
 tionem ordinariam habentibus. Est  
 enim absolutio ipsa sacramentalis,  
 actus iudicialis ead. sess. can. 9. & ideo  
 non nisi in subditos exercenda. Cōue-  
 nitq. pro reformatione ecclesiasticæ  
 disciplinæ, vt sicut sunt episcopi, pres-  
 byteris, superiores. sess. 23. eo. Conc.  
 de sacr. ord. can. 7. sic etiam certā in  
 foro pœnitentiari maiorem alijs ha-  
 bent potestatem, & authoritatē alijs  
 denegādi casus quos sibi tantummo-  
 do volunt esse referuatos. † Huic de-  
 niq. pœnitentiario sic deputato, iux-  
 ta idē Cōc. vt melius, & libentius suo  
 muneri satisfaciat, debet episcopus  
 prouidere de aliqua præbēda de pxi-  
 mo vacatura, nec caret priuilegio; dū  
 .n. confessiones pœnitentium audit, si  
 est canonicus, vt præses in choro ha-  
 beēt. eo. c. in fine, quia dignus est ope-  
 rarius mercede sua. Matt. c. 10. ex illo  
 ēt Apostoli. quis militat suis stipēdijs  
 vnquā; Quis plantat vineā, & de fru-  
 ctu eius nō edit; Quis pascit gregē, &  
 de lacte gregis nō manducat; ex au-  
 thoritate legis Moÿsis. Deut. 25. Nō  
 alligabis os boui trituranti. hæc 1. ad  
 Cor. c. 9. Si nos vobis spiritualia semi-  
 namus, magnum non est, si nos car-  
 nalia vestra metamus. † Is tamen pœ-  
 nitentiarius deputandus non ad nu-  
 tū eligat, sed sit magister, vel doctor,  
 vel licentiatus in theologia, vel in  
 iure canonico, ac ætatis annorum  
 quadraginta, seu aptior pro loci qua-  
 litate, ex præscripto eiusd. Conc. c. 8.  
 cū nulli sacerdotum liceat canones  
 ignorare. 38. dist. c. nulli. quia ipsoiū  
 arbitrio pœnitentia tempora refer-  
 uantur. 26. quæst. 7. cap. tempora. &



c. hoc sit positū, & nō secundū rigore antiquorū canonū, nō tamen dimittendo totum tēpus pænitiæ gl. in in d. c. hoc sit positum. per c. si is qui prælatus. 23. q. 4. considerādo circumstantias peccatorum, & pænitiū. Aluar. Pelag. de plant. eccl. li. 2. c. 27. col. 4. in fine. cum iusta causa faciat minui pænitiā, secundum Navar. in Man. c. 26. nu. 21. & num. p̄ced. quando pænitens recusat accipere pænitiā; & ponit aliqua Domi. Pavi. in hoc tract. 2. part. q. 8. nu. 80. & nos infra suo loco. † Et in visitatione examinetur etiā ipse pænitiarius: an suum officium sollicitē, deuote, & assidue p̄stet, ornatus omni modestia, honestatem, & venerationē p̄ferendo, ac de eius vita, moribus & qualitatibus vt quam alijs paratus est p̄stare, ipse in se puritatē conscientiaē habeat, & nō aliud intēdat nisi munus p̄stitum exercere p̄ Dei gloria, & ad salutem animarū, quarū cura admodū difficilis est propter damnum quod imminet, si minus bene exerceatur (q̄ absit) & vbi maius periculū intenditur, ibi proculdubio plenius est consulēdum c. 3. de elect. lib. 6. & si de periculo animarum aliquando agitur, tutior via est eligenda. c. excommunicatorū. 23. q. 5. c. illud. §. licet autē. de cler. excō. vel de pos. min. † Sed hic licet generaliter constituatur, nisi expressius detur, in quinque non absoluit. Primo in sollempni pænitiā imponenda. c. accedētib. de excō. p̄la Secūdo vbi excommunicatio est cōtracta. c. peruciat de sent. excōmunic. Tertio stante irregularitate, per ea, quæ dicit Card. in cle. dudum. §. statuimus. de sepult. Quarto

in incēdiarijs. 23. q. 8. c. si quis membrorū. & c. pessimā. vbi cōtra istos est terribibilis tex. cuius dispositionē episcopus caueat relaxare, nisi damnum voluerit restituere, & anno abstinere ab officio episcopali, & contra quos quādo sit lata excōmunicatio ipso facto, vel inferenda. Navar. in Man. c. 17. nu. 100. fol. 217. Et quinto stāte consuetudine, q̄ certa crimina ad episcopi iudiciū referant. de pen. dist. 1. c. in actione. cū seq. & c. p̄sbiter. 26. q. 6. ad quæ multa dicit ipse Navar. in c. 27. nu. 256. eiusd. Man. & infra aliō loco plenissime dicemus. Quia vbi ambiguū, & difficile foret iudiciū, ad superiorē episcopū acceditur. arg. not. tex. in c. per venerabile qui fil. sint legit. Et ideo quā pænitiā alicui in foro conscientiaē episcopus imponit, nullus inferior relaxare potest. de maior. & obe. c. cum inferior. licet ipse impositā a sacerdote possit dimittere. 21. dist. c. inferior, & quādoq. ex causa minuit pænitiā datam a Papa gl. fi. 27. q. 7. cap. tempora. Card. in clem. 1. §. 1. 12. quæst. de pænit. & remiss. Vnde, vt est dictum per nullā quālibet generalem approbationem confessoris, censetur esse data potestas casuum reseruatorum. Vt not. in capitulo si episcopus de pænit. & remiss. lib. 6. vbi Ioan. And. enumerat. alios casus, a quibus simplex sacerdos generaliter approbatus non absoluit. † Quamuis in necessitatis casu tā in p̄dictis, quam in alijs, vbi aliter subueniri uō potest pænitenti, generaliter absoluat. 2. q. 5. c. fin. & est cōmunis p̄actica, etiā a censuris. de offic. ordin. c. pastoralis. vers. ad quod dicimus. & in Conc. Trid. sess. 14. de sacra.



facra. penit. c. 7. vbi in fine dicitur. In ecclesia Dei semper custoditū fuisse, vt nulla sit reseruatō in articulo mortis, atq. ideo omnes sacerdotes quoslibet p̄nitētes a quibusuis peccatis, & cēsuris absoluere possunt, & tex. Conc. ad propositū adducit etiā  
 11 Nauar. eod. c. 27. nu. 271. vers. 6. † Sed quę rimus quādo dicatur quis in articulo mortis constitutus, respondetur ex veriori opinione, stari arbitrio boni viri, qui iudicabit ex illa infirmitate potius mortē, quā vitā esse eum habiturum, de alijs debent attendi circumstantiæ: si communiter eueniat mors. gl. in d. cap. pastoralis. tab. absolutio. 1. num. 33. vnum verbum Flor. in sum. 1. part. titulo 10. capitul. 3. §. 5. Iason. in l. 1. §. is videtur col. pen. ff. si quis iud. non obtemper. & in l. si quis posthumos. §. si filium. n. 44. ff. de lib. & posth. Fely. in eod. c.

pastoralis. Petr. Ger. sing. 12. Nauar. 26. Man. num. 31. vers. 23. & qualiter fiet absolutio quo ad Deum, & an intelligatur absolutus quo ad ecclesiam, quando fuit denunciatus excommunicatus, quod non sepellitur in ecclesia. Viguer. in cathol. Instit. de sacr. ord. §. 1. versiculo 18. cogitabis, & nota quod iniungitur semper quod superueniendo ex eo periculo mortis, se præsentes superiori, a quo infirmitate cessante absolendus erat. Syl. eod. verb. num. 3. arg. c. de cætero, vbi not. de sent. excom. c. quod de his. c. quamuis, eod. tit. & est tex. not. & ibi doct. quando dicitur impedimentum cessare, in clem. 1. §. fin. de p̄n. vbi secundum Abb. pro simili q. est bona glōf. & esto memor, quia ille text. in graui facto multum profuit, in allegationibus est dictum, &c.

## DE OFFICIO DIVINO, REVERENTER,

horisq. debitis celebrando in ecclesia.

## CAP. VIGESIMVM.

## S V M M A R I V M.

- |   |  |    |   |
|---|--|----|---|
| 1 | <b>C</b> ultus Dei est duplex.                               | 8  | Genus flexio est signum humilitatis: et variatur secundū personas, nu. 9. |
| 2 | Chorus quid sit, & ad quid inuentus.                         | 10 | Orandum est genibus flexis.   |
| 3 | Laiici non debent stare in choro cum clericis celebrantibus. | 11 | Officiū diuinū in quibus consistat: & dicendum est in ecclesia, nu. 12.   |
| 4 | Episcopus debet tollere abusus ortos in choro.               | 13 | Clerici dicentes officium, quæ debent attendere, nu. 14.                  |
| 5 | Clerici in choro qualiter stare debent.                      | 15 | Officiū quale sit dicendū in ecclesia.                                    |
| 6 | Magister chori est deputandus.                               | 16 | Beneficiatus vel in sacris constitutus tenetur ad officium diuinum.       |
| 7 | Officiū magistri chori quod sit.                             |    | Clericus  |



- 17 Clericus dicendo officium satisfacit 31 *Maria Virgo semper est laudanda, vbi multa de eius vita, & morte, & qui Apostoli interuenerunt, & qua de eius sanctitate dicat B. Dionysius. nu. eo.*
- 18 Clericus excommunicatus an teneatur ad officium. 32 *Processio, qua fit cum candelis ardentibus, quid significet.*
- 19 Clericus celebrando officium, quomodo potest peccare. 33 *Laici an possint prescribere usum candelabrum.*
- 20 Episcopus qualiter procedat contra non dicentes officium. 34 *Dies ieiuniorum denunciandi sunt in ecclesia.*
- 21 Concilij Lateranensis dispositio contra omittentes officium. 35 *Cantus, qui debet fieri in ecclesia, & qui laudatur.*
- 22 Constitutio Pij Quinti Pont. Maxi mi ad idem. 36 *Missae ordinariae, seu feriales non est omissenda libenter pro particulari.*
- 23 Clerici habentes praesimonia tenentur ad officium ex eadem lege. 37 *Anniuersaria defunctorum quando sint celebranda, & quid sit anniuersarium.*
- 24 Pensionarius an teneatur ad officium, & quale. *Episcopi debent esse vigiles, ut anniuersaria celebrentur. nu. eo.*
- 25 Infirmus excusatur a celebrando officium. Et utrum habeat distributiones quotidianas, nu. 26. 38 *Simonia non est redditus accipere pro celebratione anniuersariorum.*
- 27 Missa mortuorum quando sit dicenda. 39 *Laici turbantes processiones, qualiter puniantur.*
- 28 Missas non tantum pro viuis, sed, & pro mortuis dicitur. Et an pro paruulis baptizatis decedentibus. nu. 29. 40 *Litaniae non possunt fieri a laicis solis, sine clericis, & orationibus.*
- 30 Completorium non debet omitti dici in ecclesia. 41 *Litaniae instituta a Gregorio XIII. Pont. Max.*

**S**I multa diximus supra visitanda in ecclesia cathedrali ad augendam religionem christianam, non est omittendum, quin multa addamus dicenda de officio diuino in ipsa item ecclesia, & in alia principali celebrando, ex quo extollitur ipse cultus Dei. Qui est, duplex. Interior colendo Deum fide, spe, & charitate, mentis deuotione meditando, & exterior per obsequia extrinseca promptissima voluntate praestando, oratione per quam ad Deum ascendimus, & adoratione similiter

interiori, & exteriori, de qua dictum est supra, c. 8. nu. 2. sacrificia offerendo, laudesque debitas tantae maiestati cauendo, cum Psalmis, & Hymnis, Psalm. 149. Cantate domino canticum nouum, laus eius in ecclesia sanctorum. Exod. c. 5. & iterum Psalm. 80. Sumite psalmum, & date tympanum, Psalterium iocundum cum cythara, & in alio 95. Cantate domino canticum nouum, cantate domino omnis terra idque licet ab omnibus sit faciendum, expressius tamen a deputatis ad diuinum cultum, & eius mysteria.



ria. Vnde sancte institutum est, iure  
 diuino officium celebrari a clericis,  
 & iure positiuo ad certas horas desti-  
 natū. Abb. in c. 1. num. 2. cum seq. de  
 celebr. Miss. certoq. loco, & tempore  
 in ecclesia conuenientibus. sic enim  
 exprimitur ille cultus interior per fi-  
 dem, spem, & charitatem. August. in  
 Enchyr. ad Lauren. cap. 3. Canisi. par.  
 2. in prin. † Et fuit antiquus mos ec-  
 clesie ministros Dei conuenire in v-  
 num, ad laudes ei porrigēdas, ad hoc  
 est enim chorus institutus ad psallen-  
 dum cū Hymnis, & canticis. vt Dei  
 nomen reuerenter, pariterq. deuote  
 laudetur. sess. 24. Concil. Triden. de  
 reform. gen. cap. 12. §. omnes vero,  
 dictus quasi consensio cantantium  
 vel in sacris multitudo collecta alter-  
 natim respondentes clerici in dupli-  
 ci choro constituti iuxta ordinem  
 Beati Ignatij (qui post Petrum fuit  
 tertius episcopus Antiochenus) de-  
 notantes Angelos, & spiritus iusto-  
 rum laudantium Deum quasi reci-  
 proca voluntate. Gul. in ration. lib.  
 1. cap. 1. num. 18. sic legitur de anti-  
 quis patribus Paulo primo Eremit.  
 & mirabili illo Antonio, quibus col-  
 loquentibus multa de regno Dei,  
 coruus integrum panem attulit, cum  
 primo, Paulo dimidiatum; qui sum-  
 pto cibo cum gratiarum actione, vbi  
 tantisper recreati sunt, iterum gratis  
 de more Deo datis noctem in diui-  
 nis laudibus consumpserunt: de cho-  
 ro etiam not. legistæ, in l. si chorum.  
 ff. de leg. 3. licet varie possit accipi.  
 declarat. glos. in l. cum eiusdem. ff. de  
 edil. edict. & Ouid. lib. 3. Metamorph.  
 dum Delphinorum piscium natu-  
 ram describit.

*Inq; chori ludunt speciem.*

3 Cū vero † ipsi clerici sunt in cho-  
 ro celebrātes, laici nō debēt infimul-  
 stare c. sacerdotum, de consecr. dist. 2.  
 cap. 1. de vit. & honest. cleri. Floren.  
 in 3. tit. 12. c. 3. in princ. & c. 7. §. addu-  
 cit mirabile exemplū Beati Ambro-  
 sii Archiepiscopi Mediolanensis (ex  
 quo admodū illustris est effecta inter  
 alias Italiae vrbes ipsa ciuitas Medio-  
 lanensis: sicut iterū hodie exultat de  
 sanctitate, & vigilantia, atque sapien-  
 tia alterius ipsius Archiepiscopi, am-  
 plissimi. S. R. E. Cardi. Caroli Borro-  
 mei,) quia a choro clericorum iussit  
 recedere Theodosium Imperatorem  
 & inter laicos sedere, quod præcep-  
 tum humiliter, & reuerenter adim-  
 pleuit Pius Imperator, vt multi ex in-  
 de dixerint quid maius; an zelus Am-  
 brosi: an ebedientia Imperatoris, v-  
 trumq. admiramur, & laudamus? de-  
 bent ergo laici recedere, nec turbare  
 diuinū officium, quod si turbauerint  
 grauissime puniantur per excommu-  
 nicationē, & etiā iure ciuili. C. de epi-  
 sco. & cleri. l. si quis in hoc genus, in  
 fra. nu. 39. † Si qui forsā abusus (q̄  
 absit) in choro sint orti, omnino tol-  
 lantur ab episcopo, vt dissolutiones,  
 mutationes locorū, risus, cantilenæ,  
 aliaq. de honestātia ipsum officium.  
 sess. 22. Conc. Trid. de obseru. & euit.  
 in celeb. Miss. §. ab ecclesiis. est enim  
 abusus, id est malus vsus, quasi contra  
 naturam. l. 1. §. si iendum. ff. de edil.  
 edict. Abb. in c. ex litteris nu. 2. de cō-  
 uers. in fid. & perniciosus abusus. de  
 celeb. Miss. cap. perniciosus, vana, &  
 prophana colloquia, deambulationes,  
 strepitus, clamores, secularesq.  
 actiones, choreæ itē omnino alienæ  
 a clericis, eod. cap. 12. ludi, tripudia  
 tollantur, de consecr. dist. 3. capitulo  
 in re-



in religiosa. Dom. Pauli. in hoc tract.  
 q. 7. nu. 58. nihil cōmune cū ipsis pro-  
 hibitis, ne quod in secularibus actio-  
 nibus plerūq. prohibetur, in eccle-  
 sia Dei admittāt. arg. c. 2. in fine. de cu-  
 5 stod. euchar. † Sed stare debēt clerici  
 in choro cū superpellicijs, & canere  
 quādo eis cōpetit, non mutescere, si-  
 cut canes muti non valētes latrare. I-  
 sai. c. 56. c. sit rector. in princ. 43. dist.  
 honestatē praeferant corde, & gestis, 7  
 quia oculus impudicus nuntius est  
 cordis impudici. c. nec solo. 32. q. 5.  
 vnusquisq. in loco decenti. minores  
 deferant superioribus: ipsi officio in-  
 tenti, non deserāt cultū diuinū ante  
 finē, neq. tardi veniant ad officiū, pi-  
 leos in choro nō deferāt, prae mani-  
 bus nō chirotechas, seu pelles odori-  
 feras, aut seruiāt, vt Deum laudātes,  
 aut nō accedāt: prae stat enim nō face-  
 re, quā male facere. l. 1. ff. si quis in ius  
 voc. nō ier. per gl. in l. mora. ff. solut.  
 matri. & dixit alia glossa. in c. si Pau-  
 lus in fine. ead. 32. q. 5. q. melius est  
 nō incipere, quā ab incēpto desiste-  
 re, desistitur enim ab officio, cum or-  
 do debitus, ipseq. modus stādī, seu ē  
 gestus profanatur. descendendo ab  
 altitudine cultus diuini, ad circuitum  
 profanum. ead. gl. in verb. opprobria  
 6 ipso c. si paulus † Quod vt euitetur,  
 deputandus est magister chori, qui sit  
 sufficiens ad id munus explendum:  
 & cui cæteri obediant, qui vbi ma- 8  
 gnus est cler<sup>9</sup> potest instituere duos  
 ex nouitijs iunioribus, qui intonent  
 dicenda, signumq. alijs dent, ex qui-  
 bus potest omnium ad ecclesias cre-  
 scere deuotio, & cantus ordinetur  
 iuxta officium, & missa, si duplex sit,  
 vel semiduplex aut de feria, vt om-  
 nes concordēs se inuicem habeāt. cle-

rici minores suo fungantur officio,  
 & ordinatim, vt sciāt quales postea  
 conueniat se esse: & vbi nō sunt pro-  
 curet episcopus; vt in ecclesijs cathe-  
 dralibus, collegiatis, parochialibus,  
 ipsorum quatuor minorum ordinū  
 functiones restituantur, nec per alios  
 nisi per constitutos in dictis ordini-  
 bus exerceantur. ex decreto eius. Cō-  
 cil. Trid. sess. 23. de sacram. ordin. c.  
 17. † Instruat ēt sacerdotes circa Mis-  
 sas dicendas, quomodo, & qualiter,  
 & quae cauenda sunt prae doceant, &  
 cum quibus cæremonijs, vt optime  
 aduertit Contra. denuntietq. eis, qua-  
 le sit officium celebrātorum, quae an-  
 tiphonae, psalmi, versus, lectiones, re-  
 sponsoria, itē quādo ledendum, stan-  
 dum, genuflectendū, qui dicturi sunt  
 epistolā, euangelium instruantur pri-  
 mū in sacristia, & q. incedāt omni de-  
 uotione ad altare, vultu dimisso, vbi  
 si residet sanctissimū sacramentum  
 Eucharistiae, profunde genuflectant,  
 si adest tātum crux, cum debita reue-  
 rentia capite inclinato; faciat insup  
 tabellā in sacristia describens per sin-  
 gulos menses, vel per singulas ebdo-  
 madas, Missas, anniuersaria, officia,  
 singulis diebus, & horis dicenda ab  
 ipsis presbyteris, & alijs, quo tem-  
 pore, quo ve ordine, quod similiter  
 ab omnibus obseruari procuret, haec  
 ex synodo prouint. Mediol. 2. par.  
 de offic. mag. chor. † Fuit autē genu-  
 flexio omni tempore magnū signū  
 humilitatis. sic Plinius elephantis na-  
 turā commendās. lib. 8. de nat. histor.  
 c. 1. in fine. scribit Gul. in ration. lib.  
 5. cap. 2. nu. 45. de genuflexione in  
 nomine domini nostri Iesu Christi.  
 lib. 6. capitulo 7. num. 28. corā quo  
 prostrari debemus genu cordis, &  
 corpo-



corporis, de immun. eccl. c. decet domum Dei. in bulla Pij V. Pont. Max. inc. cum primū de prohib. blasphem. & al. §. Vt igitur ann. 1566. 1. sui Pont. cum humilitas sit virtus quædā qua homo verissima cognitione sibi vile scit & gl. si. in c. 1. de relig. dom. in elem. ponit gradus ipsius humilitatis ibiq. affert dictum Diaboli ad Macarium Eremitam, ieiunas interdum, & ego nullo vmquam cibo reficior, tu sæpe vigila, me numquam sopor oppressit: humilitas tua sola me vincit: ipsa est, quæ aperit regnum cælorū, & relecat mysteria scripturarū, quæ per actus exteriores denotant, & quæ maxime genuflexione. † Sed tñ varia tur sñ qualitates personarū, in quo, & populus est docendus. Deo nanq. Domino animæ, & corporis vtroq. genuflectitur. ad Ephes. c. 3. flecto genua mea ad patrem D. N. Iesu Christi. Prælati ecclesiarum genu dextero, tamquam supra animas positus, Dominis vero temporalibus. genu tantum sinistro, vt super corpora potestatem habentibus Matt. c. 10. Beatus Vincent. ord. præd. in vig. Ascens. quod ostendit dominus apud Luc. c. 12. ne terreamini ab his, qui occidunt corpus, & post hæc non habent amplius quid faciant, ostendam aut vobis, quem timeatis, timete eum, qui postquam occiderit, habet potestatem mittere in gehennam, ita dico vobis hunc timete, & c. † Oratio autem fit genibus flexis, sic nostram miseriam cognoscamus, & humilitatem confiteamur: Christus dominus noster traddens nobis exemplum Matth. c. 26. Luc. c. 22. positus genibus orabat dicens. Pater si vis transfer calicem istum a me, & factus in agonia pro-

lixius orabat, & progressus pusillum procidit in faciem suam orans, & dicens, & c. quod est plus, quam genuflectere, & Luc. c. 6. & erat pernoctans in oratione Dei. non tamen præces fiunt semper in ecclesia genibus flexis, cum aliquibus diebus erecti stare doceamur. diebus Dominicis, Paschalis, Pētecostes, natiuitatis Domini, & alijs. tex. not. in c. 2. de fer. & diffuse de omnibus videri potest Didac. Co. uar. lib. 4. var. resol. c. 19 n. 7. † Constat autem officium diuinum in septē horis, quas canonicas dicimus. ps. 118 septies in die laudem tibi dixi. correspondentibus ipsis horis singulis mysterijs passionis Christi. Gul. in ratio. lib. 1. c. 1. & dicuntur horæ canonicæ certa officia diuina certis horis ab ecclesia instituta, nocturnas, & diurnas horas dicit summus Pontifex. in extrauag. cum nonnullæ. de præb. & dignit. & alibi officium nocturnum. pariter, & diurnum. in c. dolentes de celeb. Miss. §. hæc igitur. qui est not. in materia, & grauib. vtitur verbis, vel dicuntur horæ canonicæ, quædā satisfactio obligationis cōtractæ pp ordinē, beneficiū, officiumve susceptū, cui tale imminet onus. Alber. de Fer. de hor. canon. n. 12. nec nouū inuentum, sed etiam in veteri testamento id obseruatum legimus apud Cypri. dum tract. de exposit. oration. domi. & bonus tex. in cap. presbyter 91. dist. plenius Nau. in suo tra. de orat. & hor. canon. super. c. quando autem stamus. de conf. dist. 1. vbi eleganti ordine per 22. cap. omnia differit. nam beneficium datur propter officium, cap. si. de rescr. lib. 6. quod si non dicitur, non tribuit gaudium capienti. cap. obertus de orto. §. in primis, de mil.



mil. vass. qui cont. est qui habet aures  
audiendi audiat dicit gl. in c. preced.  
12 eo. tit. † In ecclesia celebrandum si in  
ea sunt clerici intitulati, (vt in omni  
cathedrali, & principali esse debent)  
quia ecclesie ad hoc sunt inueta, de  
consec. dist. 1. per to. & Petrus, & Ioan  
nes ad horam orationis nonam ascen  
debant in templum Act. Apost. c. 3. &  
secundum morem ipsius ecclesie de  
bitis horis facto signo per campana.  
Ecclesia. n. proprie est dicta domus  
Dei, & orationis. ead. sess. 22. Concil.  
Trid. de obser. & euit. in celeb. Mis. §.  
ab ecclesijs, quamuis propter incom  
moditatem, seu etiam distantiam per  
mittatur in aliqua ecclesia horas sta  
tum post Matutinū dici vsq. ad nonā  
inclusiue, q̄ in ecclesijs regularibus,  
vel vbi ipsi presbyteri vitam ducunt,  
& habitationē, non permittitur. quia  
possunt commode vnicuiq. horæ re  
spondere, & seruire. † Qui dū officiū  
celebrant, prouidendū est, ne exeant  
chorū, ne discurrāt fabulantes, silētiū  
fugientes, intēdāt exterius colloquū  
tionibus laicorū, dūq. auditū ad inde  
bitos sermones effundunt, aures in  
tentas non porrigunt ad diuina. eod.  
c. dolentes, sed intēti sint ipsi officio,  
in doctrinis, & consilijs fructuosi, cu  
ræ animarum si inest, & diuino offi  
cio peruiigiles, benedictiones facien  
das, cæremoniasq. cū honestate tra  
ctent, vt per ea declarent, se mēte, ac  
deuoto cordis affectu, non solū cor  
pore adesse. iuxta dicta ead. sess. 22. de  
refor. c. 1. §. neminem, semper cū de  
centi vestitu. ex alio decreto eiusd.  
Conc. sess. 24. de refor. gen. c. 12. §. ve  
stitū. sicq. conuersatione, sermone, &  
scientia in ecclesia luceant: sess. 14. de  
refor. c. 1. Nicol. Plou. capt. 1. tonsurā,

& coronam debitam gestando. clem.  
2. de vit. & hon. cler. Nau. in Man c.  
25. nu. 111. fol. 430. quæ designat in  
presbyteris, & alijs depositionem om  
nium temporalium, ex Institutione,  
Rom. eccles. tēpore B. Petri. 24. dist.  
14 c. prohibitæ. 13. q. 1. c. duo sunt. † Ip  
sumq. officium recitent voce graui,  
& honesta, non procurantes modum  
placendi laicis, propter modulationē  
& suauitatem, nec Breuiarium in ma  
nibus, cor, & oculos ad secularia, ac si  
in echstasim sint positi, & quæ dicen  
da sunt in medio ecclesie, non supra  
chorum, tamquam dedignantē de  
gradu descendere, nec aliorum voces  
occupent? Sed omnes suo gradu in  
cipiant, & sequantur, etiam, quod ipsi  
digniores se cognoscant, si non per  
sonas, officia tamen in eis cōsideran  
tes, caput inclinet, quoties nomen do  
mini nostri Iesu Christi refertur, in  
cuius nomine omne genu flectatur,  
cælestium, terrestrium, & inferorū.  
ad Phil. c. 2. & eod. §. vt igitur in bul  
la prædicti Pij V; & idem ad versus  
Gloria patri, ad symbolum in illis  
verbis. Et incarnatus est. ad euang. lo.  
c. 1. Et verbum caro factum est, & ad  
aliud, & Proidentes adorauerunt  
eum. Matth. c. 2. etiam in his tribus  
genus flectendo, ad Benedictus, ad Ma  
gnificat, Nunc dimittis, & sic de reli  
quis iuxta ritum sanctæ Ecclesie, dū  
euangelium legitur, nō sedentes, sed  
stantes venerabiliter curui, in conspe  
ctu euangelii, vt Dominica verba in  
tente audiant, & fideliter adorent c.  
Apostolica anthoritate, de cōs. dist. 1.  
15 † officiū non aliud dicatur in eccle  
sia ab ipsis presbyteris, & clericis,  
quam secundum morem Rom. eccle  
sie: & licet episcop<sup>9</sup> quilibet, & eccle  
sia



fia posuiffet sibi particulare institue-  
 re officium, vt dicit Ioan. de Lign. de  
 hor. canon. num. 3. quod cæteri sequi  
 tenebantur, & eo cessante iuxta ritū  
 Metropolitanæ ecclesiæ, & episcopalis  
 12. dist. c. de his: ex quo proces-  
 sit, vt in ecclesia Dei, varie, & diuersi  
 mode laudes canerentur. & officium  
 celebraretur, quod admodū egre fere-  
 bat magnus ille Pōtifex Paulus quar-  
 tus, vt Pius Quintus eius imitator in  
 bulla de celebra nou. offic. testat ( de  
 quo erat not. Conc. Tolet. 4. c. in hæc  
 verba Placuit, vt vnus ordo orandi,  
 atq; psallendi a nobis per omnē Hi-  
 spaniā, atq; Galitiam conseruetur. v-  
 nus modus in Missarum sollempnitati-  
 bus, vnus in vespertinis officiis: nec di-  
 uersa sit vltra in nobis ecclesiastica  
 consuetudo, quia in vna fide contine-  
 mur, & regno. ) tamē vt sancti Patres  
 verbum habuerunt in Conc. Trid. ex  
 nouo officio edito eiusdem decreto,  
 & iussu dicti Pii Quinti, non nisi ipsū  
 nouum officium celebrare debent, p-  
 ter aliquod particulare alicuius eccle-  
 siæ supra ducentū annos institutum,  
 si id mutare noluerint. §. i. s. exceptis. 18  
 Abolito in totum officio triū lectio-  
 num compilato per Fran. Quig. tit.  
 fant. Cruc. in Hierusal. presb. Cardi.  
 16 † Omnes igitur clerici beneficiati, &  
 in sacro ordine constituti de iure te-  
 nentur ad celebrādum diuinum offi-  
 cium c. dolentes supra cit. Io. de Lig.  
 de hor. can. 2. quæst. cum propter offi-  
 cium detur beneficium c. fi. de reser.  
 lib. 6. si enim lucra sectantur, rationis  
 est, vt & id onus ferant. clem. 1. de cē-  
 sib. & per not. in cap. 1. de celeb. Mis.  
 & ad officium Beatæ Mariæ Virgi-  
 nis, stante maxime consuetudine  
 ipsius ecclesiæ, quæ non est abroga-

ta per ipsam bullam in nou. Breuiar.  
 in aliis tamen certis diebus, cum in-  
 dulgentiis, si dicatur, iuxta tenorem  
 præfatæ Constitutionis, dummodo  
 non omittatur vbi consuetudo fuit.  
 §. hoc autem & Flor. 3. part. tit. 13. c.  
 17 4. §. 3. Ipsasq; horas integras quas di-  
 cat, eo maxime, cum stipendiis eccle-  
 siæ sustentetur. Host. in sam. de ce-  
 lebra. Miss. §. a quibus: in quo est no-  
 tandum, quod clericus obligatus di-  
 cere officium, vt supra, dicendo,  
 etiam quod sit ratione obligationis  
 contractæ, ad huc meretur, meritūq;  
 ei accrescit, quia facit actum ex ne-  
 cessitate, potiusquam ex voluntate.  
 argumen. l. cum postulassem in fine.  
 ff. de damn. infec. gloss. not. & obli-  
 uioni non danda allegat tres ratio-  
 nes in clementi. 1. in verb. seipsum de  
 reliq. & vene. san. adducens dictum  
 Augustini.

*Felix necessitas, quæ ad meliora  
 compellit.*

Et gloss. allegat Abb in c. 1. num.  
 3. vers. quid autem, de sum. Trini. in  
 cap. cum quidam vbi omnino Fel. de  
 iur. iur. † Et ad celebrationem officii  
 tenetur etiam clericus excōmunica-  
 tus (licet priuatim non publice.) su-  
 spensus, aut interdictus, nec potest  
 18 omittere, alias nouum incurret pec-  
 catum, cum sit de præcepto, & omit-  
 tens, peccat mortaliter. 4. dist. cap. de-  
 nique. Ioan. Lig. de hor. can. quæst. 6.  
 & 7. gloss. in cap. illud de cleri. ex-  
 com. min. cap. presbiter. 28. dist. estq;  
 omnium communis opinio. Ioan.  
 Briaert. in quodlib. quæst. 4. propos.  
 5. post. qq. quod l. Adrian. Sexti Pont.  
 etiam quod sit priuatus beneficiis, &  
 existat in ordine sacro. Couaru. in c.  
 alma mater, prima part. §. 3. num. 7.  
 vers.



vers. sic & excommunicatus, & §. 5. n. 2. de sent. excom. lib. 6. insuper q̄ fuerit iniuste excommunicatus, idem not. lib. 3. var. resolut. c. 13. nu. 8. vers. 12. circa medium, & sequuntur doct.

19. † Item celebrando quis officium potest peccare multis, modis non recitādo horis debitis, nisi ex necessitate, aut iustis de causis. cap. presbyter. 91. dist. male recitando, partem omittendo, syllabas contractando, ordinem præposterando, horam ante horam debitam, versus mutādo, & quæ stādo debent dici, sedēdo, aut non genibus flexis, cum præcipitur sanctū particularem quærendo, pro omittendo officium de feria. multa Alua. Pelag. de planct. eccl. lib. 2. c. 27. Mart. Nauar. in Man. c. 25. nu. 96. cum plur. seq. & nu. 118. & omittens semper peccatū mortale. vel si vnam horam, aut duas duo peccata, & si ex obliuione reliquisse horā, vel psalmū, si beate recordetur, tenetur supplere, nec laudatur aliquorum distū, vt omittenti officium, vel vnū, at duo, adiungātur solum pænitentia de illis repetendis, q̄ nō obseruatur, sed in aliud piū opus cōmutādum, secundū qualitatem pænitentis, & est satis rationale. ex Florent. eod. cap. 4. §. 5. & 6. & per
20. alia quæ dicemus. † Episcopus igitur visitans habet inquirere, si ecclesiastici ipsi contineant celebrationē ipsius officii, si in choro qui tenentur, hora conuenienti, nocturnū melius de mane, quam de sero, aliasq. horas debito tempore iuxta eundem tex. c. dolentes. & c. 1. & cap. Eleutherius 97. dist. sicq. de aliis in sacris constitutis, & in omnibus beneficiis alias punctum horæ amittat deficiens, & quandoq. totius distributionis contingentis, nec

excusatur ille presbyter, qui omnes penitentiarios vrbs fastidiuit, petendo se declarari excusatum a celebratione officii, ex capitis dolore, cum iā visum fuerit, quod intermedie modo vnam horam dicere poterant, modo aliam, sicuti ex aliis factis apparebat, & licet Pius Quintus Pon. Max. reliquerit suæ conscientia, quia non acquieuit, apparuit multum peccare. (vide quæ dicit Mart. Nau. de hor. cano. c. 11. & infra. nu. 25.) † Vbi vero aliquem clericum beneficiatū defidem inuenerit omittentem officium, procedat contra ipsum ad pœnas impositas in Conc. Later. sub Leone X. sess. 9. tit. de reform. Cur. §. statuimus quoque & ordinamus, vt quilibet habens beneficium cum cura, vel sine cura, si post sex menses ab obtento beneficio, diuinum officium non dixerit, legitimo impedimento cessante beneficiorum suorum fructus non faciat, pro rata obmissionis recitationis officii, & temporis, sed eos tamquam iniuste perceptos in fabricas huiusmodi beneficiorum, vel pauperum eleemosynas erogare teneatur. Si vero ultra dictum tempus, in simili negligentia cōtumaciter permanserit, legitima monitione præcedente, beneficio ipso priuetur, cū propter officium detur beneficium. Intelligatur autem officium omittere quoad hoc vt beneficio priuari possit, qui per quindecim dies illud bis saltem non dixerit meminisse remissive in fam. singul. in l. c. nu. 107. quia abutitur gratia sibi concessa quia officium causa beneficii sibi dati, non dicit, ergo perdit beneficium, q̄ tunc ei euadit maleficium, propter peccatum mortale, q̄ incurritur, non celebrando etiam, q̄ ignorat,



ignorat, duplici grauatur onere, quia si nō idoneus abstinere debebat. c. nō est putāda, in fi. i. q. 1. Mart. Nau. in hoc trac. eod. c. 11 nu. 20 ponēs versū Oratii poetæ de scribentibus ad quæ natura ipforum admodum diueria.

*Sumite materiam vestris, qui scribitis equam.*

*Viribus, &c.*

32 Peccat tamen eo magis non adhibendo diligentiam † Sed quia dubitari poterat, de ea constitutione, vel in declaratione tēporis ad remouendum dubium, procedat similiter contra omittentes, secundum nouissimā constitutionem Pii V. Pont. Max. incip. in prox. Later. 1571. pontif. sui an. vj. quam verbatim refert idem Mart. Nauar. in Man. cap. 15. num. 122. fol. 438. super rata omissionis officii, & temporis, secundum quam ratam episcopus faciat erogari fructus in fabricam ecclesiarum, vel in eleemosynas pauperum, quod adeo verum est, vt ad restitutionem omittens teneatur, nec facit fructus suos, pro quibus diebus omiserit, vt necesse sit indulgentiā a sede Apollonica habere, prout scimus, & vidimus praticari proximis annis, & cum in practica visitādi discutiatur, pro maiori commoditate ipsam legem hic inseri curauimus, cuius tenor est.

PIVS Episcopus seruus seruorum Dei. Ad perpetuā rei memoriam. Ex proximo Lateranēsi Concilio pia, & salubris sanctio emanauit, vt quicūq. habēs beneficiū ecclesiasticū, cū cura & sine cura, si post sex menses, quā illud obtinuerit, diuinum officium legitimo cessante impedimēto non dixerit, beneficiorū suorum fructus p. rata omissionis officii, & tēporis suos

non faciat sed eos tamquam iniuste perceptos, in fabricas ipforum beneficiorum, vel pauperū eleemosynas erogare teneatur. Verumtū multorū animi suspensione tenētur, cuiusmodi ratæ prædictæ ratio sit habenda. nos huic rei, euidētius, atq. expressius prouidere volentes. Statuimus, vt qui horas oēs canonicas vno, vel pluribus diebus intermiserit, oēs beneficii seu beneficiorū suorū fructus, qui illi vel illis diebus responderent, si quotidie diuiderentur. Qui vero Matutinum tantū dimidiā, qui cæteras oēs horas aliam dimidiā: qui harum singulas, sextā partem fructuū eisdem diei amittat. Tamen si aliquis choro additus non recitans, omnibus horis canonicis cū aliis præsens adsit, fructusque & distributiones forte aliter assignatas sola præsentia iuxta statuta, cōsuetudinem fundationē, vel alias sibi lucrificasse prætendat. Is est præter fructuū, & distributionū ammissionē. Item ille, qui primis sex mensibus officium non dixerit, nisi legitimum impedimentū ipsum excusauerit, graue peccatū intelligat admisisse: Declarātes præstimonias, præstimoniales portiones, & qualiacunq. alia beneficia, est nullū omnino seruitiū habentia obtinentes, cū prædictis pariter contineri. At quicumq. pensionem, fructus, aut alias res ecclesiasticas, vt clericus percipit, eū modo prædicto ad dicendum officiū parū B. Mariæ Virginis decernimus obligatum, & pensionū, fructuū, rerumq. ipsarū ammissioni obnoxium, nulli ergo, &c. 23 † Per quam legem determinat questio, de qua erat dubiū q. obtinentes præstimonias, seu partes præstimoniales, & omnia quæcumque alia beneficia,



ficia, etiam quolibet seruitio carentia  
 teneantur recitare dictum officium,  
 namq. comprehenduntur sub eodem  
 præcepto. §. declarantes, quod est  
 contra istos habentes beneficia rura-  
 lia, sine aliqua ecclesia, & titulo, seu  
 terras prædiales dictas, vt tenēt mul-  
 ti Neapolitani in pluribus locis, de  
 quibus infra lib. 2. cap. 7. n. 6. & quod  
 præstimonia de iure sint beneficia se-  
 cularia, tenet Petrus Rebuff. in prac.  
 benefic. tit. secul. ben. nu. 16. fol. 7. &  
 in Conc. Tri. ses. 14. de refor. cap. 9. &  
 prius sess. 5. de refor. c. 11. §. de cæte-  
 ro. in c. fin. in prin. de concess. præb.  
 lib. 6. & beneficia ecclesiastica, & per  
 petua dicit. do. Pavi in sua glo. in ex-  
 traug. Ioan. 22. suscepti, de elect. ad-  
 ducit Oldr. conf. 114. incip. in eccle-  
 sia Gallagoritana, & id Pius confir-  
 24 mauit eod. §. declarantes. † Et hoc di-  
 cimus de pensionario, qui licet alteri  
 renuntiauerit beneficiū quo obliga-  
 batur ad celebrationem huius officij  
 tenetur tñ ad officium paruum, & ho-  
 ras B. Mariæ Virg. sub eisdem poenis  
 amissionis fructuum & pensionis, vt  
 in §. at quicumq. ead. Tege cōtinetur,  
 & iuxta quam constitutionem episco-  
 pus habet determinare, & multa de-  
 clarari possunt ad eius intelligētiam  
 per eundem Mar. Nauar. ipso c. 25.  
 vsq. ad nu. 24. (& utilis fuit disposi-  
 tio particularis, quia de rigore iuris,  
 ex quo particibar de ecclesia, & for-  
 san pensio absorbebat fructus inte-  
 gros, q̄ teneretur ad ipsum officium.  
 25 Vnde cessat scrupulū.) † infirmus ta-  
 men excusatur a dicēdo officiū doct.  
 in cap. 1. de celebra. Miss. quando ta-  
 men infirmitas est talis, quod dicen-  
 do causaret damnum, aggrauaret-  
 que morbum, quia tunc in nullo te-

netur, nec audire si nocet, nec conua-  
 lescens recuperare. 91. dist. cap. cleri-  
 cus Aluar. Pelag. lib. 2. cap. 20. col. 10.  
 circa med. Nicol. Plou. de hor. cano.  
 q. 4. vbi de multis alijs. Nauar. eod. c.  
 11. eiusd. tract. de hor. can. Viguer. de  
 vii. iust. §. 5. ver. 4. pone. nu. 21. ex  
 quo non excusatur alius nobilis, qui  
 poterat dicere interpellatim, quam-  
 uis simul vno tempore non, cum in-  
 firmitas dabat spacium, nec cum alio  
 recitando causabat damnum tātum,  
 & si vno die plus, duobus tamen mi-  
 nus Nauar. eod. cap. 25. nu. 110. & c.  
 11. alleg. & de alio simili dicto, vide  
 26 supra eod. cap. num. 20. † Et hoc de  
 infirmo est ampliandum, quod licet  
 distributiones quotidianæ non nisi  
 interessentibus sint dandæ, per ea,  
 quæ late diximus supra cap. 15. nu.  
 25. dantur tamen infirmo, quando ve-  
 ra existit causa infirmitatis, etiam ob  
 culpam prouenientis, secundum v-  
 nam subtilem quæstionem receptam  
 per domi. Couarr. lib. 3. var. resolut.  
 cap. 13. num. 8. & cum in facto esset  
 quæstio fuerunt multa allegata, sed  
 non fuit determinatum ob instantiā  
 aliorum, cui dubio eram contrarius,  
 quia dederat ille causam delicto, &  
 peccato, per quod infirmitas proue-  
 nerat. licet Couar. non declarasset,  
 nec ex maleficio debebat portare  
 commodum, & male meritis debe-  
 bat publica egestate laborare. l. bona  
 fides. ff. de poss. alias esset iniuriam  
 nasci, vnde iura oriuntur l. memi-  
 nerint. C. vnde vi. cap. qualiter, &  
 quando in princ. de accus. & inde-  
 cens est crimen suum, commodis  
 alienis impendere. cap. fin. 46. dist.  
 & hoc de rigore iuris, aliud de æqui-  
 tate, ne afflicto adderemus maiorem  
 affli-



afflictionem l. diuus. ff. de offic. præ-  
 fid. l. tam de mentis. C. de episc. aud.  
 27† Cum ipso item officio in ecclesia  
 cathedrali dicendo cōputamus Mis-  
 sam mortuorum dicendam qualibet  
 feria 2. non impedita festo nouem-  
 lectionum, extra tamen tempus pas-  
 chale, & aliā quolibet primo die cu-  
 iuslibet mensis pro sacerdotibus de-  
 functis, iuxta rub. noui Missæ cum suo  
 offic. mort ex alia simili rubric. no-  
 ui Breuiarij. Nicol. Plou. 2. part. q. 7.  
 quod episcopi in visitatione, & ex-  
 tra sub graui præcepto obseruari cu-  
 rabunt, cum sacerdotes iam obliui de-  
 fecerint, & ne commemoratio defun-  
 ctorum omittatur, maxime eorum,  
 qui pro suarum animarum salute le-  
 gata pia reliquerunt. sess. 25. Concil.  
 28 Trid. de refor. gen. c. 4. † Missæ nam-  
 que sacrificium recte, & rite non so-  
 lum pro uiuis, sed etiam offertur pro  
 defunctis in Christo, nondum ad ple-  
 ne probatis. sessio. 22. eiusdem Conc.  
 de sacrit. Miss. c. 2. & canon 3. Si quis  
 dixerit Missas non debere offerri pro  
 uiuis, & defunctis, pro peccatis, pœ-  
 nis, satisfactionibus, alijs necessitati-  
 bus anathema sit, cum sit potissimū  
 suffragium pro animabus detentis  
 in Purgatorio. eadem sess. 25. de pur-  
 gat. in princip. & infra alio loco dice-  
 mus, quia suffragia ecclesiæ sunt cau-  
 sa meritoria purgationis eorum, qui  
 sunt in purgatorio, Franc. de May. de  
 suffrag. Couar. in repetit. c. alma ma-  
 ter, l. p. §. 5. & §. 4. de senten. excom.  
 lib. 6. Petrus de Soto de suffrag. de-  
 funct. lect. 3. duobus modis secundum  
 Dom. Petrum; & per viam gratiæ, &  
 per viam iustitiæ, per viam gratiæ,  
 per intercessionem publicam capi-  
 tis, quæ in collatione sacramenti al-  
 taris est: & per intercessionem priua-  
 tam membrorum, scilicet per ora-  
 tiones iustorum: sic, & dupliciter per  
 viam iustitiæ, per modum redemptio-  
 nis pœnæ, per largitionem eleemosy-  
 narum Tob. 4. c. Luc. c. 14. & per mo-  
 dum solutionis pœnæ in afflictione  
 29 ieiuniorum. † Etiam pro paruulis ba-  
 ptizatis decedentibus mūdatis a pec-  
 cato originali, licet non habeant ali-  
 quid culpæ, ex quo per lauacrum  
 sancti baptismi mūdatis sunt, sed ce-  
 lebratur Missa ad recommendandū  
 redemptionis mysterium, sicuti not.  
 Archid. in c. pro obeuntibus 13. q. 1.  
 vt ostendatur ipsos paruulos ad vni-  
 tatem corporis mystici pertinere, qd  
 est notandum pro subtilibus (non ta-  
 men celebratur eodem modo pro ip-  
 sis, ac pro alijs, applicando in secun-  
 do memento valorem Missæ eorum  
 animabus Nauar. de horis can. c. 19.  
 num. 65. vel cum solitis responsorijs,  
 & solita Missa, vnde ad remouendū  
 errorem, qui possit oriri posuit idem  
 Nauarr. eo. tract. c. 22. n. 24. cum seq.  
 officium dicendum in obitu paruu-  
 lorum post baptismum susceptū de-  
 cedentium.) Et pro vltima hora di-  
 cimus Completorium quod omitten-  
 dum non est, debetq. celebrari in ec-  
 clesia hora debita, vel saltem post ve-  
 speras, vbi clerici sunt mansionati.  
 Dictum completorium, quia in eo  
 completur communis vsus loquutio-  
 nis, cibi, & potus, significans finem  
 præsentis vitæ Gul. in ration. lib. 5.  
 cap. 10. vbi qua ratione hæc hora in-  
 stituta, qualiter ordinata, quid signi-  
 ficet, cum precibus, symbolo, & alijs  
 cum hymno. Te lucis ante termi-  
 num quo Deum poscimus, noctem  
 fore saluam ab omnibus malis, ipsoq.



docemur omni hora præces ad Deū esse porrigendas, sicuti ante lucem in hymno. Iam lucis, & in vltima, quæ est Completorium, & fortius propter varias illusiones, phantasmataque, & alia, quæ hostis antiquus noctis tempore immittit. Dicendumque est præcipue omnibus diebus sabbatorum ad honorem Gloriosæ Virginis Mariæ omnium aduocatae, ad cuius summas laudes, propter maximam deuotionem, quam habemus  
 31 ad ipsam dicimus. † Quod ipsa est inuocanda in omnibus necessitatibus nostris. Bern. in Home. 2. super Missus est, quæ si pie inuocetur, non deerit necessitatibus nostris. vnde aquæductui eam ipse deuotus doctor assimilat, cum per ipsam ad nos omnes gratiæ profluant: Cassa. in sua glor. 3. par. 4. confide. quæ inter sanctos primatum obtinet. Gul. in ration. lib. 6. cap. 7. num. 1. gloss. in l. omnes dies, in verb. apostolicæ. C. de fer. assumpta in cælum in anima, & corpore. Host. in c. ne imitaris, de confit. sed quo anno ætatis suæ variatur, alij in 62. alij in 63. cæteri vero in 60. vt residet Gul. eod. lib. c. 24. num. 1. plenius Berard. de Bult. in suo mar. par. 11. per tot. dicit tamen Dionysius in sua cronica, quod Maria virgo obiit anno 12. post Christi passionem, de diui. nomi. cap. 3. Ioann. Dried. de eccle. scriptu. lib. 3. cap. 1. fol. 201. qui Beatus Dionysius testatur mortis tempore totius Gloriosissimæ Virginis interfuisse cum Timotheo, vbi etiam præsentibus fuerunt omnes Apostoli ministrantes, licet dispersi essent, virtute tamen Spiritus sancti vniti (excepto Thoma, qui venit tertio die, & non caret mysterio)

vt optime scribit Ioan. Damasc. in ferm. de Assumptio. Beat. Mar. & 5. die talis festiuitatis celebramus. quantæ autem sanctitatis dum viueret fuerit, testis est ipse deuotus Dionysius, qui instructus de fide a Paulo Apostolo (supra c. 16. nu. 4.) cupiens videre gloriosam Virginem in terris, habentem Christum filium triumphantem in cœlis, eam videns admiratus dixit. Si de tui filij Diuinitate, non fuisset mihi a Paulo Apostolo prædicatum, faciliter te crederẽ esse Deū, quam merito omnes Reges, & Principes reuerenter adorant, & ad honorem cuius Ludouicus XI. Rex Franciæ ob maximam deuotionem introduxit hora meridiana pulsari campanam, qua populus genuflexo salutationem Angelicam ipsi Mariæ deuote exhiberet, vt refert Guag. & Carol. de Carcaf. lib. 1. Regal. Franc. III. Iure, fol. 46. quod hodie vbique seruatur, o vere Gloriosa Virgo, quæ non tantum laudari potes, quantum debes, Monstra te esse matrem, sumat per te preces, qui pro nobis natus tulit esse tuus, quæ fuisti dignior, & excellentior omnibus Apostolis, de pœnit. & remiss. cap. noua. extendæ alas misericordiæ tuæ super me deuotissimum famulum tuum episcopum: propitiare supplex oro Regina cœlorum dirige semitas meas, & totius Populi Rauellensis, (nunc etiam Sarnensis) commisi, in viam salutis, & in vltimo exitu duc animam meam, omniumq. mihi commissorum ad suum verum redemptorem vnigenitum filium tuum Dominum nostrum Iesum Christum, qui cum Patre, & Spiritu sancto sit benedictus in secula seculorum, & sic



& sic per te gratiæ suæ munera acci-  
 32 piamus. Amen. † Sint et intenti ipsi,  
 & episcopus prouideat circa officium  
 benedictionis ramorum palmarum, &  
 candelarum in die Purificationis ipsius  
 Virginis, quod fiat processio sollemnis cum  
 candelis ardentibus, & rationem assignat  
 Gul. lib. 7. c. 7. quia notat in ipsa can-  
 dela ardenti, Christi charitas; & amor  
 ex tribus. Primo ratione compositionis  
 cum candela ardens consistat ex igne,  
 cera, & papir. per ignem Christi dei-  
 tas, quia Deus noster ignis consumens,  
 in cæra caro Christi purissima quia  
 sine corruptione ex intemerata Vir-  
 gine est consumpta, in papiru alba, ani-  
 ma Christi, quæ intus latet. Secundo  
 ratione communicationis, quia seipsum  
 consumpsit in nostrum lumen. Tertio  
 ratione indeficientis participationis, quia  
 lucet bonis, & malis. Matth. 4. c. expo-  
 nit doct. in sermonibus eiusdem festi-  
 uit. qua die candelarum usus expendit  
 di. p magna cæremonia ab antiquis-  
 33 simo in ecclesia Dei seruatur. † Sed  
 non ex hoc ipsi laici possent pretende-  
 re iurisdictionem, vel prescriptionem ip-  
 sas candelas ex debito sibi dari, ut con-  
 cludit Sylu. in verbo decima n. 7. per  
 rationes, & firmabat per aliqua argu-  
 menta dominus Carolus Motilius Ar-  
 chiepiscopus Amalphitanus, nunc e-  
 piscopus Viterbiensi, licet Fede. de  
 Sen. cõs. 155. quæ sequitur Rosella cõ-  
 trarium dixerit, & nobis placet, ex an-  
 tiqua vniuersalis ecclesiæ cõsuetudi-  
 ne: nec sunt mutanda, quæ antiquam ha-  
 buerunt interpretationem. l. minime. ff.  
 legib. & sic ubiq. obseruamus, vide  
 Fely. in c. ad Apostolicam. in fin. de si-  
 34 mon. † Itẽ in ipsa officij celebratio-  
 ne, connumerantur præcipuæ, dies  
 ieiuniorum, aduentus, quadragesimæ,

quatuor temporum, vigiliarum, quibus  
 diebus officium est prolixius, &  
 maiori attentione, & omnes in eccle-  
 sia conuenire, ut frequentior sit po-  
 puli concursus. Hoc addito, quod  
 qualibet die dominica publicentur,  
 & denuntientur populo ipsi dies ie-  
 iuniorum, vigiliarum, quatuor tem-  
 porum, quadragesimæ, aduentus, &  
 festorum occurrentium in sequenti  
 hebdomada ex decreto eiusdem Con-  
 cil. Trid. sess. 25. tit. de del. cib. cum  
 de aduentu semper quid proponen-  
 dum sit fidelibus. & quod Aduentus  
 Christi dicitur quatuor modis. In  
 carne, in mente, in morte, & ad iudi-  
 cium, & quam fuerit primus aduen-  
 tus necessarius, cum totus langue-  
 bat orbis, ut dicit Augusti. quod tunc  
 magnus venit medicus, quando per  
 totum mundum, magnus iacebat æ-  
 grotus: quatuor tempora instituta a  
 Calisto Primo Pontifice. an. dom.  
 217. ex illo Zacch. cap. 8. denuntian-  
 do duplex esse ieiunium spirituale,  
 abstinere a peccatis de consecr. dist.  
 5. c. nihil. corporale, abstinere a cibis.  
 præceptum a Deo in Paradiso. 35.  
 dist. c. 6. quadragesimale de iure diu-  
 no, sed ecclesia Spiritu Sancto edo-  
 cta declarauit tempus debitum. Mar. c.  
 2. venient autem dies, cum auferetur  
 ab eis sponsus, & tunc ieiunabunt in  
 illis diebus. dom. Card. Hosius in lib.  
 confess. c. 91. vbi ex multis probat ie-  
 iunium quadragesimale cælesti maie-  
 state esse præceptum, non terrena-  
 cogitatione inuentum fol. 653. sicut  
 pessimus ille Arrius sentiebat, qui  
 negabat se esse ieiunaturum cum  
 ecclesia, ut idem libro tertio confut.  
 testatur. fol. 62. Couar. libro 4. vari-  
 resolution. capitulo 20. vbi de ieiu-  
 I 3 nio,



nio, naturali, diuino, ecclesiastico, ho-  
 ra prandij, cibisq. debitis differit, & di-  
 cit̄ ieiuniū perfectum in tribus. In bo-  
 num, quando quis ieiunat in charita-  
 te ad satisfaciendum Deo pro pecca-  
 tis. In melius, quando ieiunat in Dei  
 honorem & proximi vtilitatē, mini-  
 strando pauperibus, q̄ sibi per abstin-  
 entiam subtrahit. In optimū, quādo  
 homo ex vna parte abstinet, & ex alia  
 bona agere nō cessat. Adiuuādo ieiu-  
 niū suū oratione, eleemosyna, & spi-  
 rituali lætitia. S. Ant. in 2. tit. 6. cap. 2.  
 multa Nauar. in Man. c. 21. n. 11. Hęc  
 populis denuntiari salutare semper  
 35 visum est. † Aduertendumq. est etiā,  
 ne vnquam cantus lasciuus, vel impu-  
 rus, inhonestusve misceatur. Nā licet  
 cantus sit necessarius, vt probat Al-  
 bert. de Fer. cod. c. 1. nu. 57. & laudat̄  
 ex Conc. Trid. sess. 23. de reform. cap.  
 18. §. vt vero: is tamen debet esse ho-  
 nestus sess. 22. de obseru. & euit. in ce-  
 lebr. Miss. §. ab ecclesijs. Nau. in præ-  
 dicto c. 21. nu. 10. in fine. Synod. pro-  
 uinc. Mediol. 2. par. de Miss. & can. In  
 de dicitur in c. 1. de vit. & hon. cler.  
 in extrauag. docta sanctorum patrū  
 decreuit autoritas, vt in diuinæ lau-  
 dis officijs, quæ debitæ seruitutis ob-  
 sequio exhibentur, cunctorum mens  
 vigilet. sermo nō interrumpet, & mo-  
 desta pfallentiū grauitas placida mo-  
 dulatione decantet. nā in ore eorū,  
 dulcis resonabat sonus: quippe omni-  
 no sonus in ore spallentium resonat,  
 cum Deum corde suscipiunt, dum lo-  
 quuntur verbis, in ipsis quoq. canti-  
 bus deuotionem accedunt: cum mul-  
 tis ad propositum facientibus. Vbi  
 qui nouos, & inusitados miscent can-  
 tus, discipuli nouellæ scolæ dicunt̄.  
 §. sed nonnullæ, & ordinarijs locorū

mandatur de puniendo excedentes,  
 & quod semper cantus illibata inte-  
 gritas remaneat. Flor. eod. cap. 4. §. 9.  
 36 † Præcipiendum itē est, vt Missa cō-  
 cordet frequētius cum officio, nec or-  
 dinaria, seu ferialis de facili præter-  
 mittatur, propter aliā ex deuotione,  
 de celebr. Miss. cap. quidam. & cap.  
 creatura. Abb. in cap. 1. nu. 8. de vit. &  
 hon. cleri. Marti. Nau. in Man. cap.  
 21. 1. præcepto. Ferdin. Pæz in re-  
 pet. c. Missas. nu. 15. cum seq. de con-  
 secr. dist. 1. licet communis sit opinio,  
 ex tolerantia totius vniuersalis eccle-  
 siæ, satisfieri præcepto quālibet audi-  
 re. & cap. 2. de celebr. Miss. varijs mo-  
 dis interpretatur & præstat, quod præ-  
 cedat de congruitate, licet rationabi-  
 le sit Missam cum officio conuenire.  
 vide Domi. de Soto. in 4. dist. 13. q. 2.  
 37 art. 1. circa finē. † Nec omittatur præ-  
 uideri circa officium anniuersariorū,  
 & quod continuc diebus debitis ce-  
 lebrētur, & si in diebus Dominicis, &  
 festiuis occurrant, fiant diebus præce-  
 dentibus, quia melius est præuenire,  
 quam postponere. Io. de Selu. de be-  
 nef. 1. part. q. 5. n. 95. Gul. in ratio. de  
 offic. mort. lib. 7. cap. 35. nu. 16. cum  
 seq. circa quæ obsecro, & obtestor  
 dominos meos Coepos per diuinum  
 iudicium, vt sint vigiles, vt ipsa cele-  
 brentur pro fidelibus defunctis, qui  
 reliquerunt, idq. diligenter, quia iam  
 experti vidimus, & testamur, a multis  
 omitti: est autē Anniuersarium, q̄ sit  
 pro defuncto anno reuoluto a die  
 mortis suæ gl. & doct. in citato c. cū  
 creatura. de cele. Miss. & in ecclesia,  
 vbi fuit sepultus testator, dixit Ra-  
 phael. Cum. conf. 12. sic de sanctis, cū  
 anniuersariorū eorū dies celebrā-  
 tur dicit statutum fuisse in Concilio  
 Aphric.



Aphric. c. 13. Io. Eckius. de hor. canon. fol. 183. & ipsorum distributio tantum danda est presentibus, supra c. 15. nu. 25. non obstante quavis consuetudine. Fran. a Rip. de Arbit. resp. 38 1. nu. 8. † Et eo fortius tenentur pro ipsis celebrandis, si inde habent redditus constitutos: non enim est simonia pro celebratione ipsorum anniuersariorum redditus accipere, sed licitum, immo meritorium eos constituere iuxta doctrinam Imo. in c. quoniam enormis. ne prel. vic. suas. ubi not. vide de materia. sicuti non est prohibitum, sed permillum apponi conditiones spirituales, & de redditibus, quod singulis annis Missæ celebrentur, unde valet legatum factum a testatore, de annis ducatis decem, pro Missis, seu anniuersarijs celebrandis: & quid si non dicantur, an debeantur ipsi redditus, idem Franc. Ripa in l. nemo potest nu. 125. cum seq. ff. de leg. 1. disputando ad partes sic concludit. & in l. ex facto. ff. ad Trebb. ex quo verissima redditur conclusio Nauar. in Man. cap. 27. nu. 257. quod de pecunia legata parochi, vel de eius lucro ad rationem quinq. pro centenario, quot annis tot Missæ dicantur, nihil posse opponi, quin legatum non teneat per ea, quæ ibi adducit, ad quæ 40 stionem autem si testator possit apponere conditionem in legato, quod si Missæ non celebrentur, possint hæredes ad arbitriū reuocare legatum vide Bar. in l. 1. nu. 3. & nu. 0. ff. de condit. indeb. 39 Barb. conf. 23. lib. 1. † Aduertat insuper, quod in processionibus faciendis solita dicantur officia, nec omittatur debitas fieri, generales institutas ab ecclesia, siue ex necessitate, seu consuetudine loci, ad quas omnes etiā ex-

pti (exceptis, manentibus perpetuo in strictiori clausura) venire tenentur, iuxta decretum ipsius Concil. Trid. sess. 25. de reform. regul. c. 13. §. exempti autē: & si laici eas turbauerint, ut plerumq. visum est, excommunicentur, procuretq. eos puniri tanquam turbantes diuini officium. l. si quis in hoc genus. & auct. sed nouo iure. ibid. posita C. de episcop. & cler. † Neq. ipsas processiones, seu litanias ferat episcopus, quod laici faciant, cum ipsæ non possint a laicis celebrari, sine clericis, orationibus, & cruce. Pulcher text. in alleg. auct. Sed nouo iure. in fin. ubi de pœna turbantium. iuncto tex. c. in loco 5. q. 4. ubi vide, & de ipsis multa per Gul. in ration. lib. 6. c. 102. ipsis inuentis a Gregorio Primo Pontifice. Alphons. Aluar. in suo Specul. cap. 33 fol. 85. Solent enim Pontifices Romani, secundum varietatem, & exigentiam temporum, necessitatesque existentes, quibus ecclesia Dei fatigaretur, & totius Christianitatis status, certas institueræ præces, quibus continuo ad Deum missis humili, & contrito corde, fideles a peccatis conuersi digni reddantur & veniam peccatorum obtinere, & christianum orbem in melius regi, quod 41 & frequentius introduxerunt. † Sed his nostris infelicibus temporibus, quibus ecclesia Dei a multis fatigatur propter hæreticos, vgnoceros, populorum seditiones, multaq. alia imminetia, particulares litanias indixit fieri in omnibus ecclesijs, secularibus, regularibus, & claustralibus, & ab omnibus ecclesiasticis B. D. N. Dñs Greg. XIII. Pont. Max Princeps eximie sanctitatis, singularisq. prudentiæ, (& cui Deus sapientiam



dedit ecclesiam suam optime regere) imitatus, & ipse sanctum Gregorium primum Pontificem suum prædecessores (qui iuxta eius vitam, & scriptis, & operibus ecclesiam Dei multum illustravit) in ultimis litteris sub data Romæ 3 Cal. Augusti 578. Pont. sui an. 7. quas ipsi canonici ubi in ecclesia sunt ordinati singulis diebus ante altare, vel post Missam vel primum, decantare habent, cum præcibus inductis. in §. sacra vero: in alijs vero festiuis cum processione addita per ecclesiam. §. diebus vero. qui vero ecclesias non habent, domi recitare tenentur, vers. quodq. nec cessare episcopus faciat, donec aliter fuerit ordinatum, iuxta tenorem ipsarum litterarum eod. §. sacra. lex enim semper lo-

quitur. hodie. ff. de pæn. sic etenim orando, & flendo peccata, Deus redditur propitiabilis cunctis, qui eum toto corde requirunt. 2. Paral. 3. c. 11. vt per suam misericordiam veniat nos consolari, quia iam sumus in quarta vigilia Marc. cap. 6. Aluar. Pelag. de plant. eccle. lib. 1. c. 55. col. 3 quod cõsequimur si ambulauerimus in perfectione charitatis, non deuiando a recta linea mandatorum Dei. lo. 1. c. 2. Qui seruat verbum eius, in hoc charitas Dei est perfecta, & habendo ita cor fixum ad Deum, vt non solum nõ declinemus ab eius voluntate, sed neq. possimus, Domi. Sot. in 4. dist. 19. questio. 3. ar. 2. colum. 3. Luc. cap. 11. Beati, qui audiunt verbum Dei, & custodiunt illud, &c.

## DE ALTARIBVS SINE DOTE

non fundandis.

## CAP. VIGESIMVM PRIMVM.

## S V M M A R I V M.

- |  |   |
|--|---|
| <p>1 <b>S</b>yluester Papa primus instituit ritus consecrandi altaria.</p> <p>2 Martyrum reliquie ponuntur in consecratione altarium.</p> <p>3 Corpus Christi non debet recondi sub altare pro reliquia.</p> <p>4 Altare quid sit, &amp; quid significat.</p> <p>5 Christus quomodo significatur per altare.</p> <p>6 Altare est duplex.</p> <p>7 Episcopi an hodie habeant priuilegium altaris portatilis. ex Concil. Trid. nu. 8.</p> <p>9 Altare debet esse lapidum, &amp; quare.</p> | <p>10 Altaria fundata in ecclesia debent habere dotem competentem, &amp; quæ sit dos competens. numero undecimo.</p> <p>12 Altare in ecclesia consecrata non potest erigi sine consensu episcopi.</p> <p>13 Altaria constructa auctoritate episcopi dicuntur beneficia ecclesiastica.</p> <p>14 Clericus construens, aut destruens altare in ecclesia consecrata inconsulto episcopo, qualiter puniatur.</p> <p>15 Altare non potest erigi supra sepulchra hominum.</p> |
|--|---|

Altare.



- 16 *Altare, quomodo dicatur erigi sub honore sanctorum.*  
 17 *Missa, quod dicatur a sacerdote in honorem alicuius Sancti, quomodo intelligatur.*  
 18 *Altaria qualiter debet esse cooperta.*  
 19 *Laici non debet adherere altaribus consecratis.*  
 20 *Episcopus visitans altaria, qua inquirat.*  
 21 *Supstitiosa contractas in altaribus debet per episcopum puniri, & qualiter.*

**P**ostquam anno dom. 315. Syluestro Primo Pontifice persequutione Constantini Imperatoris fugiente, & in monte Soracte in cauernis latitante dignatus est ipse Christus dominus noster cor Imperatoris tangere, & ad suam fidem conuertete: qui cum lepra esset infectus, relicta illa crudeli infantium occisione, quam cogitarat, accersito ipso Syluestro, humiliter lauro sancti baptismi accepto, mundatus est, & a peccatis, & a lepra. Statim omnibus Romanæ ditionis subditis facultatem dedit fieri christianos, Ecclesiasq; fabricandi, & immensa dona ecclesiæ largitus est. Urbemque Romam cum suis adherentibus Beato Petro, eiusq; successoribus relinquens, & in Græciam se transfrens. c. futuram 12. q. 1. in histor. tripar. lib. 1. & in eccle. lib. 9. Ipse Syluester edificata ecclesia Lateranensi, quæ etiã pijsissimus Imperator donauerat, (& qui, & ob honore duodecim Apostolorum, voluit duodecim cophinos terræ primus in humeris portare.) Instituit ritum consecrandi altaria, vbi sacrificiũ Missæ offereretur. Gul. in ration. lib. 1. cap. 2. num. 6. Alphons. Aluar. in suo Speculo cap. 35. & dicta Gul. reassumit Ioan. de Selu. doctor Gal. in trac. de ben. 1. par. q. 5. num. 58. cũ vnctione Sancti Crismatis. c. Altaria. c. placuit, de cõsecr. dist. 1. iuxta ritum pontificalis libri, & Alphons. Aluar. ponit multa in eod. c. 35. vbi de construente primum altare Deo. † Et dum altaria consecrantur, aliquæ Martyrum Reliquiæ reponuntur, iuxta ordinem eiusd. pontificalis, ex c. placuit. ead. dist. cum tribus granis Thuris, ideo dicit idẽ Gul. eod. lib. c. 9. num. 25. Quia exempla sanctorum cum fide Trinitatis, Patris, & Filij, & Spiritus Sancti debemus retinere in memoriam, & per ipsa exempla charitas accenditur, quæ operit multitudinem peccatorũ. Apostolus pulchre in sua priori ad Corin. c. 13. vbi dicitur via excellentior reducendi animas ad patriã Cælestẽ, & ibi vide Gul. de tota materia consecrationis. † Sed reliquijs martyrum deficientibus non recondit Corpus Christi sub salutari hostia contentum, secundũ cõmunem opinionẽ, vt per Abb. in c. 1. nu. 2. de conseccl. vel alt. ex consultatione Hosti. facta Innoc. Põ. Sylu. in verb. altare, num. 4. Quia esset peruertere vsũ Sacramenti destinatũ, & iuxta formã Sanctæ Ecclesiæ Dei, & si absq; Reliquijs eptẽ fuerint, euertant, dicit tex. eiusd. cap. placuit, ex Conc. Africano, c. 1. Et quod reliquiæ sint certæ, & non per somnia, & inanes imaginationes, & quasi reuelationes quorumlibet hominum. Nec est vera opinio gl. in d. c. placuit, dum vult sufficere corpus Domini, si non extant reliquiæ, quia omnino non tenetur, vt supra



supra cū ad cibum animarū sit ipsum sacramentum, nec vltra remedium inuentū extendere debemus, c. 3. de appell. hoc vero de altari stabili dicunt doct. sed in portatili, velint celsantibus reliquijs, quæ haberi nō possunt posse consecrari remota oratione, oramuste Domine. Angel. altare. n. 3. quod nec practicamus. † Dicitur .n. altare, quasi alta res, vel alta ara, Gul. eod. c. 2. nu. 1. plura significās, vt ibidē, & maxime corda nostra, quæ debent esse Deo dedicata, Ignis charitatē, Thus orationē sanctorū Io. de Selu. ipsa q. 5. & per mensam significatur ipsum altare, iuxta interpretationem Conc. Trid. de sacrif. Miss. c. 1. §. hæc. sess. 21. ex verbis Apostoli in posteriori ad Corin. c. 10. non posse eos, qui participatione mēse domino rum polluti sunt, mensæ domini participes fieri, vt vtrobiq. per mensam altare intelligatur, & vere dicitur altare alta res, quia primū in cælo miraculose Christo apparente fuit ara cōstructa a Cæsare Augusto, quādo cogitabat se, vt Deū honorari velle, cui Sybilla Cumana (secundū quosdam) persuasit ne fieri. Quia de proximo nasciturus erat Rex regum, & Dominus dominantium, & incalescente Sole vna die apparuit in aere Virgo cū Christo, acquieuit optimus Imperator, & tunc construi fecit arā Deo venturo, quæ vsque hodie Romę dicitur ecclesia sanctæ Marię Araceli, in qua, altare ipsū aliquibus gradibus supereminens est cōstructum, in quo summi Pontifices priuilegium concesserunt animas a purgatorio liberari per suffragium Missarum, & nos ibidem celebrauimus. anno 1577. cū in vrbe commoraremur ex gratia S.

D.N.D. Gregorij XIII. Pont. Max. (& hoc anno 1581.) hæc de externis pro sybillis, p quibus Lactan. Firmi. diui. institu. lib. 1. c. 6. † Christus etiā, qui est dator, & conseruator charitatis. c. in scripturis. 8. qō. 1. per altare significatur. Lamb. de iur. patron. lib. 1. prima par quæst. 1. ar. 8. nu. 1. per totum cū sequen. artic. cum ipse solus sit noster Redēptor, & Saluator. sess. 25. Concil. Trid. de inuoc. vener. & reliq. sanct. in princ. & quam optima ratione, cum super altare illud Crucis se ipsum totū pro nobis immolandū Patri, (vt nos Deo reconciliaremur) tunc cruentum, modo vero in altari ecclesiæ incruentū ad perpetuam cōmemorationē vsq. in finē seculi suæ sanctissimæ passionis obtulit. sess. 22. de sacrif. Miss. c. 1. cuius passione, & morte in ara sanctæ Crucis deletum est nostrum chirographum decreti, quo astricti eramus ad pœnas inferni, de quo loquitur Apostol. scribens ad Colloss c. 2. (quid autē interpretetur ipsū chirographū. Dom. Card. Aracel de symb. Apost. c. 20.) † Est autē duplex altare, superius, id est ipse Deus, & inferius ecclesia militans. Item interius, fides incarnationis, exterius sacramenta ecclesiastica. In veteri testamento duo altaria, vnum holocausti ex terra, in quo cremabantur hostiæ, Exod. c. 20. aliud thimiatis, eod. lib. cap. 30. ex lignis sethin auro coopertum, de Noe post diluuiū. Gen. c. 8. de Salamone lib. 3. Reg. c. 7. sed proprius ad materiam stabile, & portatile, primum firmum in ecclesia, aliud portatur de loco in locum, de ecclesia in ecclesiam, & per viam concessum tantū certis personis. cap. quoniā. de priuil. lib. 6. & per breue apo-



apostolicum solitū cōcedi, prout me-  
minit Gom. episcopus Sarn. in trac.  
7 breui. nu. 26. † Episcopi sicut in mul-  
tis sunt priuilegiati a iure, sic, & hoc  
potiebantur priuilegio, vt eod. c. qm̄,  
immo, & alijs cōcedendi. Io. Andr. in  
c. quod nonnulli tit alleg. eiusdē di-  
cti ratio erat, quia episcopos sapius  
ab ecclesijs abesse necesse erat, & de  
honestate nō debēt stare sine Missa  
alterius vero dicti, vt alijs concedant  
in sua diçcesi tm̄ existentib⁹, secundū  
oēs in citato c. qm̄ ex mente Io. And.  
in c. in his, ipso tit sed quia licet in al-  
tari portatili sacrificabat, nō tm̄ erat,  
q̄ & sēper in loco ad hoc destinato,  
8 seu dedicato. † Ideo hodie non videt̄  
licitū, sed abrogatū, cū sacrificiū Mis-  
sæ nō pmittat celebrari extra eccle-  
siā, ex præcepto eiusd. Conc. Tri. me-  
morata sess. 22. in decreto de obser. &  
euit. in celebr. Miss. §. neminē præte-  
rea, & id ēt adnotatū est p̄ Nauar. in  
Manual. c. 25. n. 81. vbi vide aliqua p̄  
declaratione tex. i. c. cōcedim⁹, de cō-  
se. dif. 1. cū ex causā extra ecclesiā in  
ara cōsecrata celebrari pmisū erat:  
cessarūt. n. Deo sic fauente tyranorū  
persequutiones, quibus coacti erant  
antiqui illi christiani in occultis lo-  
cis celebrare, cū eo portatili. Vnde re-  
deūdo ad primū nitorē, & primā re-  
formationē, nō nisi in ecclesijs Deo  
dedicatis, nūc celebrā. dū, vel in orato-  
rijs particulariter institutis, nō p̄pha-  
9 nis habitis, de quib⁹, in 2. lib. † Hoc an-  
tē altare lapideū esse debet, non li-  
gneū, exēplo antiqui illius nostri Pa-  
triarchæ Iacob, qui erexit lapidem  
in titulū, c. altaria, de cōsec. dif. 1. quia  
Christus p̄ altare significatus, est la-  
pis exrescēs in montē. Gul. eod. c. 7.  
n. 28. & lapidē, quē re. pbauerūt ædi-

ficātes, hic factus est in caput angulū  
psal. 117. Matth. c. 21. & summus an-  
gularis lapis. c. fundamēta, de elec. li.  
6. sic ipse B. Syluester post ædificatā  
Lateran. ecclesiā statuit, ibiq. reponēs  
altare ligneum primū, vbi celebrabat  
stātibus plequationibus, eaq. est adie-  
cta lex, nullū præter Romanū Pon-  
tif. posse ibidē celebrare, (q̄ vsq. nūc  
feruatur) sicuti alia multa sanctissi-  
me ordinauit concernētia celebrat.  
Missar. in altaribus. † Et cū in ecclesia  
fundanē altaria, habeāt dotē cōpeten-  
tē pro celebratione diuinorū, & ne-  
cessariorū, pro ministris, ad hoc non  
sint superflua, & pro nihilo erecta, c.  
ecclesiæ, vel altaria cap. placuit, ead.  
dif. 1. alias cogātur fundatores p̄ epi-  
scopum ad dotē, sicut de alijs bene-  
ficijs dicimus, c. nemo. alleg. di. nec  
patiēdum suis iuribus fraudari, vt in  
multis videt̄, q̄ ēt homines diuites, &  
qui exinde magis Deo tenentur suas  
cappellas, seu altaria a prædecessori-  
bus eorum multis præcibus obtēta,  
spoliata, nudave teneāt, sine etiā vna  
Missa, nec increpatio iūfficit, testes  
sunt ecclesiæ cōuicinæ, testamur, &  
nos de multis in hac Reuellēsi eccle-  
sia, (& modo in præsentī Sarnensī.)  
† Quæ aut̄ sit dos cōpetens, discurret  
Io. de Sel. de ben. qō. 5. 8. requisito. n.  
157. ex dictis p̄ Roc. de Curte in te-  
rac. de iur. p. 3. par. q. 8. & nu. 172. Sed  
magis p̄cedūt circa ipsas ecclesias,  
& beneficia, maxime curata, in quib.  
maiora imminēt onera, in altarib. au-  
tē secus, sed consideratur onus cele-  
brationis, vt minister habeat compe-  
tētem rationem seruitij, cum qui al-  
tari seruit, de altari viuere debeat.  
c. cū secundū, de præben. & vt neces-  
saria de pannis, & candelis haberi,  
& rein-



& reintegrari possint, cū opus fuerit vel pro ipsis Missis tātū, secundū moderationē ecclesiæ, & circa hæc dicta possent cumulari multa diffuso sermone dicta per Lāber. de iur. patr. li. 1. part. 5. q. princ. 21. ar. sed nu. 16. lo-  
 12 quendo proprie de dote assignanda, pro ædificatione altaris cōcordat cū prædictis. † Et quādo ecclesia est cōsacrata nō potest ibi erigi altare sine consensu episcopi. c. nemo ead. dist. 1. 68. dist. c. quamuis. in auct. de eccl. ædific. § si quis autē. sicut dicimus de oratorijs priuatis ad finem ibi Missas celebrandi sess. 22. eod. decreto. § neminem præterea, nec inconuenit. debet enim episcopus in sua ecclesia cūctarimari, & præseruari si tempore cōsecrationis ipsius ecclesiæ certa, & commoda fuerunt recta altaria, ipsaq. sufficiētia ad cultū diuinū, iuxta loci qualitatem, & ecclesiarum redditus, & onera, nec aliquis modo extra  
 15 eū possit addere, & sic facere officiū, q̄ episcopus debet in sua ecclesia, idque, & plerūq. euenit, & in remotione rumor successit, maxime vbi primū reformatione opus fuit. † Quod cum fuerit de licentia constructum dicitur simplex beneficium ecclesiasticum. c. quæsitum 1. quæst. 3. Petr. Rebuff. in præct. benef. tit. secul. benefic. nu. 15. fol. 7. nec primum potest appellari beneficium, vt ibidem allegat. Fel. conf. 41. & 45. tūc enim dicitur habere quasi titulum, quia titulus proprie est ecclesiæ, & residet pænes principalem, vt puta rectorem, & simil. per ea, quæ in primo casu dicit  
 16 Anton. de Butr. conf. 3. & ante approbationem dicatur legatum pium debitum pro tali seruitio altaris. in trac. nomin. quæst. 15. nu. 18. nec testator

potest fecere beneficium per se. disputat Fel. eod. conf. 45. nu. 6. & sic obseruatur: & stante consensu superioris concedatur in titulum, & reguletur secundum ordinarias beneficiorū regulas, & constitutiones. † Et si clericus in ecclesia cathedrali absq. episcopi consensu altare construere tētauerit, & cōstruxerit, potest deponi. iuxta tex. in c. nullus presbyter. de consecr. dist. 1. per Alphons. Aluar. episc. Monopol. in suo Specul. c. 14. in prin. & sicut nō potest construere pariterq. non potest destruere, q̄ est fortius (arg. a maiori doct. in l. 1. C. de neg. gest.) ead. 1. dist. c. ecclesia. Archid. not. in c. placuit alleg. & c. quāuis. 68. dist. licet ante cōsecrationē potuerit, quia multa licent vno tempore, quæ alio sunt prohibita, & stante prohibitione, cessat cōcessum. arg. 7. quæst. 2. cap. lex diuinæ. argumentatur gloss. in cap. peruenit. 93. dist. † Nec permittendum est supra sepulchra hominum altaria esse erigenda, vt ibidem admonet Archi. per tex. in cap. non oportet de consecr. dist. 1. nisi martyrum corpora essent. Florent. in 3. tit. 12. cap. 6. §. in fine. ex quo bene ordinatum fuit remoueri abusum tumulos hominum in altum, etiam supra altaria, & muros ecclesiæ, & super ipsā altaria reponendi supra cap. 10. nu. 5. & Felix Papa. primus, qui fuit vigesimus quintus Papa, a Beato Petro an. do. 272. instituit supra memorias, & sepulchra martyrum Missas celebrari, vt in eius vita notatur. † Aduertendumq. etiā est, quod licet dicamus altaria sub honore aliquorum sanctorum, non tamen illis erigi dicuntur ad honorem Dei, sed Deo ad honorem sancto.



sanctorum ipsorum optime D. Card. Hosius in tit. de cæmon. quæ sum. a loco c. 90. fol. 631. Ioan. Driedo. de eccle. script. lib. 4. 3. cap. 4. p. fol. 296. inde fiunt præces in pontificali. 2. p. fol. 133. vt hoc altare ad honorem tuum, & memoriam sancti tui talis consecrandum benedicere digneris, &c. & in alio cum dicimus, sancte Petre ora pro nobis, sancte Paule ora pro nobis: non autem sancte Petre, aut Paule miserere nobis, sed bene ad Deum Pater de cælis miserere nobis.

17. † Idemq. de Missa dicimus celebrata ad honorem alicuius sancti, non illi, sed altissimo Deo offertur sacrificiū, & intentio mentis dirigatur, ex decreto Conc. Trid. sess. 22. de sacrif. Miss. c. 3. nec vllibi auditum est, dicit Ioan. Driedo in loco citato, ab aliquo in ablatione sancti sacrificij altaris esse dictum, offerimus tibi Petre, aut Paule, sed offerimus tibi domine, agentes gratias de illorū Victorijs, & eorū patrociniā implorantes, vt ipsi pro nobis intercedere dignentur incælis quorum memoriam facimus in terris: quod episcopus populum, & clerum instruere debet, offerimus ergo Deo verum, idēq. sacrificium, quod pro nobis obtulit ipse Christus, & nobis dedit offerendum, sic omnes tradunt in materia de sacrif. Miss. cum

18. doctrina sanctæ ecclesiæ. † Debent etiam ipsa altaria esse cooperta linteamini albis designantibus humanitatem Christi Saluatoris nostri. Gul. in ration. lib. 1. c. 7. nu. 4 Matth. cap. 27. Ioseph. enim accepto corpore Christi de cruce inuoluit illud in sindone munda, Io. de Sel. ead. quæst. 5. nu. 61. & tribus pannis mundis ad denotandum sanctissimam Trinita-

tem, vel quod presbyter debet esse ornatus tribus virtutibus, fide, spe, & charitate, quæ est complementum omnium virtutū, Apost. in prior. ad Cor. c. 13. quæ tres virtutes dicuntur digniores omnibus, quia respiciunt Deum pro primo obiecto, & principali, & habent veritatem pro prima regula actuum suorū, ad quos inclinant, & non regulā aliquā acquisitā humanitus; & innituntur veritati diuinæ. Cassa. in sua glo. p. 12. conf. 25. licet virtutes Cardinales innituntur regulæ humanæ, & rationi naturali, ad quas oēs aliæ referuntur, sicuti riui ad fontem, scribit Mar. Tul. lib. 5. de finib. bon. & malor. Alii tamen volebant sufficere cum duobus pannis albis celebrare, sed de cōi sanctæ Ecclesiæ consuetudine, quæ cuncta cū mysterio operatur in tribus celebramus, quod omittendū non est, & sacerdotes instruendi sunt gloss. Ray. tractat. 3. de exter. sac. cer. præpar. q. 3. † Ipsiq. altaribus adhærere laicos prohibitum est, eo fortius cum sacra mysteria celebrantur. c. 1. de celebra. Miss. & ead. gloss. 4. quæstione id. vetitum expresse est in synod. prou. Mediol. titul. de eccles. & ear. cult. vers. 6. cum sit visum aliquos indeuotos, non solum adhærere, sed desuper sedere, tanquam scabellum deputantes, quod nimis exorbitat a religione Christiana, & digni sunt tales graui punitione, sed in honorem altissimi, cui ibidem sacrificatur, cum omni deuotione stare, & contemplari, & si sunt consecrata eo magis cauendū est, nam & Iudas Machabæus nō tulit altare prophanatū, sed scidit vestimenta sua, & planxit plāctu magno, & emūdauit sancta, demolitusq.

est



est altare prophanatum, nouumq. in  
 20 tegrum ædificauit 1. Mach. c. 4. † In  
 quo episcopus visitans debet esse in  
 tentus, etsi in ecclesia non est altare  
 maius, & principale addatur, cogno-  
 scat ornamēta super imposita, vt sint  
 pura, & munda, quia nimis videtur  
 absurdum in sacris sordes negligere,  
 quæ dedecere etiam in prophanis  
 c. fin. de cust. Euch. inquirat quæ sit  
 altaris altitudo, longitudo, quod fa-  
 cies eius sit ornata, sit ibidem gradus  
 spatiosus, vt commode celebrans se  
 aptet, iuxta tradita in Instructioni-  
 bus nouissimis Maximi Cardin. Bor-  
 rom. 1. & 2. lib. Ministri sint solliciti,  
 & secundum consuetudinem ipsius  
 ecclesiæ, & festorum occurrentium  
 ornando, vt puritas sit ex omni sui  
 parte, cogat per iuris remedia funda-  
 tores ad dotem, cap. ficut. de conse.  
 eccl. vel alt. ne quid vanum, aut su-

perfitiosum sit positum, nec quis de  
 super celebret rebus prophanis, &  
 ad sortilegia aptis super impositis,  
 aut cum precibus nefarijs, insolitis,  
 & inhonestis, vt pluries est auditum,  
 & Gril. de sortil. multa refert, sed iux-  
 ta Missale nouiter impræssum ex de-  
 creto Conc. Trid. & iussu Pij V. Pon-  
 21 tif. Max. † Et si quem talia contra-  
 ctantem inuenerit grauer puniat.  
 26. q. 5 c. si quis episcopum, de quo  
 multa dicit idem Grill. de sortil. q. 14  
 cum plur. seq. aut si altare non sit cō-  
 secratum, nec portatile appositum.  
 arg. c. 1. de conse. eccl. vel altar. Na-  
 uar. in Man. c. 25. nu. 83. quia poena  
 depositionis irrogatur, aut si absq. in-  
 dumentis debitis Archid. de consec.  
 dist. 1. c. concedimus 23. dist. c. ecclē-  
 siastica, ex tertio Conc. Brac. c. 3. &  
 dictum est infra c. 23. nu. 14. &c.

## DE ALTARIBVS FRACTIS reconsecrandis.

### CAP. VIGESIMVMSECVNDVM.

#### S V M M A R I V M.

- |   |   |   |  |
|---|---|---|--|
| 1 | <b>A</b> ltaria fracta sunt consecranda.                | 6 | Degradatus si celebrat non facit alta-<br>re execrabile. |
| 2 | Altare an possit de loco in locum<br>portari.           | 7 | Altare an polluat propter ecclesiam<br>pollutam.         |
| 3 | Consecratio in altari portatili inest<br>lapidi.        | 8 | Altare in dubio non presumere conse-<br>cratum.          |
| 4 | Episcopus vt ordinabit esse altare por-<br>tatile.      | 9 | Consecratio altarium ad quem spe-<br>ctet.               |
| 5 | Altare propter reliquias remotas con-<br>secrari debet. |   |  |



**E**T quia in ipsa altarium visita-  
tione solet frequentius oc-  
currere, quod aliquod ipso-  
rum inueniatur lesum, & fra-  
ctum, & sine scrupulo nequeat cele-  
brari. † Ideo inquirendum est, quod si  
sunt fracta, destructa, reconsecrentur  
cum solitis ecclesiæ cęremonijs, nec  
antea celebrari permittat, quando ta-  
men lapis superior est enormiter læ-  
sus a coniunctione lapidis inferioris,  
vt formam videatur amisisse, vel re-  
motus a foramine concauo, vbi reli-  
quię positę erant, nō autem, qñ sine  
motione principalis altaris, aliquid  
additur ad decorem, & ornatum, vel  
ē quod ampliatur secundū veriorē  
opinionem, licet aliqui nobis contra  
dicant doct. in cap. 1. & quod in du-  
bijs, de consecr. eccl. vel alt. in cap. si  
motum. de consecr. dist. 1. & qñ in cor-  
nibus ipsius altaris, in quibus affolet  
fieri consecratio, & si dubiū est, an sit  
sufficiens lesio, vt reconsecratione in-  
digeat, episcopus ipse iudicabit. † Et  
si de loco in locum sine lesione po-  
test commode portari, reconsecratio  
ne non indiget d. c. si motū, sicut de  
portatili dictum est supra c. prox. nu.  
6. scilicet, quando tabula altaris est  
coniuncta stipiti, non autem affixa,  
cū mutatio nō dicatur fieri partibus,  
sed de toto in totum, & vt totū trās-  
fertur, & concludit gl. eod. c. si motū  
cum dictis in cap. concedimus, ead.  
dist. quia tam diu durat consecratio al-  
taris, quam diu manet coniunctio ip-  
sius tabulę superioris cum suo stipi-  
te. Archid. not. eod. c. si motū, & hoc  
clarum quando est altare stabile, nec  
mirum videatur, si est dictum por-  
tari de loco in locum, cum sic inge-  
nium hominis versetur in fabricādo,

vt remouendo viderimus sine lesio-  
ne superioris partis fieri. † Sed varie-  
tas datur, quando est altare portatile  
in quo dicimus consecrationē inesse  
lapidi, non tabulę, inde si amouetur  
a ligno non eget consecratione secū-  
dum aliquos, & sequitur Syl. verb. al-  
tare, n. 6. contra dictum Abb. & Ang.  
de Clau. & ea ratio verior videtur, cū  
altare, vbi tantum sacrificium reponi  
& confici debet, nequeat esse aliter,  
quam lapideum, ex quo Christus desi-  
gnatur, vt supra diximus. c. reuera. de  
consecr. dist. 2. & dist. 1. cap. altaria,  
causam dicti assignat Armil. eod. ver.  
nu. 11. in fine, quod lignum additur,  
non quod in eo fiat consecratio, sed  
quia commodius repositum, sacer-  
dos in lapide reponit calicem, & ho-  
stiam, & hoc dictū adde ad Abb. in d.  
c. ligneis, aliam rationem assignant  
aliqui moderni, quia lapis non pa-  
titur per tempus diminutionem, aut  
corrosionem, vt consecratio reiteran-  
da sit, sed lignum patitur per sui ip-  
sius corrosionem, vt per antiquita-  
tem per se deuasari videamus. † Et  
ex hoc provideat episcopus visitādo,  
siue consecrādo hæc altaria portati-  
lia, ne lapides sint ita parui, vt nec me-  
diam hostiam attingāt, & nihil calicis  
tangant, sicuti vidimus in visitatione  
multarum ecclesiarū multos lapides,  
quorum paruitas, ita exigua erat, vt  
quælibet hostia minor, maior iudica-  
retur, & eo modo accommodata, vt in  
cōsciētia nō possit iudicari, si vnquā  
sacerdos tetigisset: ideo necesse est, p-  
uidere, quodlibet ipso- rum lapidū ita  
permittere, dū modo integram hostiā  
& totū calicē capiat, (licet Syl. eod.  
verbo loquatur de medietate) vt fere  
in oībus ecclesijs credimus esse pui-  
sum,



sum, & nos in Rauellensi ecclesia vna die consecrauimus. xxij. sic ampla, & commoda pro omnibus ecclesiis, ut dominus Scattaretica Salernitanus noster successor in dicta ecclesia, non habuerit necesse in hoc fatigare. ( & iterum in hac ecclesia Sarnesi bis. xxx. ) illud vero antiquitus erat de paruis lapidibus, quia credebant in lapide, & in ligno inesse consecrationem, quod non est verum, ut diximus. † Et cum reliquiae in altaris consecratione sint ponendae, iuxta dicta cap. prox. nu. 2 sequitur sublatis esse altare execratum, & denuo consecrandum ab episcopo: Archid. in c. placuit, & cap. de fabrica, de consecr. dist. 1. namque ex communi vsu ecclesiae videtur de necessitate esse ponendas reliquias in horum altarium consecratione, nec aliter posse celebrari, ut dicit etiam, & bene Sylu. nu. 1. ver. altare autem. vbi refert contrariam opinionem Hug. & Astenf. quos sequitur sum. Ang. & supra retulimus c. proximo nu. 3. quamuis extra communem vsum, quam seruamus possit praeficiari, ne ob talem causam desisteretur a consecratione altarium, & a celebratione tanti salutaris sacrificii, quia in nullo reperiuntur aut haberi possunt † Nec noua reconciliatione opus est, si degradatus, aut interdictus, siue etiam excoicatus in altari celebrauerit, tex. est expressus Honorii Tertii Sum. Pont. in c. 2. in fi. de sacram. non iter. vbi Abb. qui multa dicit, sed confuse, & contradictionem implicando, cum iure cautum non sit communiter omnes eod verbo non obstat tex lib. 2. Machab. c. 10. quando Iudas Machabaeus recuperata ciuitate templum purgauit, aliudque altare edificauit

vbi de ignitis lapidibus, igne concepto sacrificia obtulit post Biennium, & incensum & lucernas, & panes propositionis posuit, nam ibi fuerat templum totum ab alienigenis pollutum quod est diuersum: nam subdit tex. qua die aut templum ab alienigenis pollutum fuerat, contigit eodem die purificationem fieri, &c. Vnde optime Iudas templum purificauit, quia erat de semine, ex quo salus Hierusalem, & lib. 1. cap. 4. Insuper in eadem materia. † Potest dubitari, an propter ecclesiam pollutam sit altare pollutum. Vt reconsecratio in ipso sit necessaria, & sit distinctio ex mente Abb. in c. proposui si n. 10. de consecr. eccl. vel altar. quae omnes sequuntur, quod si ecclesia est combusta, seu execrata propter combustos parietes, firmis remanentibus parietibus, non opus est noua consecratione, secus vbi fuit polluta. pollutio enim respicit totum corpus ecclesiae, non quod altaria reconsecrentur, sed non possit celebrari in ipsis ante reconciliationem: cum enim altare, sit intra ecclesiam, participat de ipsa ecclesia. Vnde defertur ei ad remouendum scandalum, & denotandum quod tota ecclesia indiget, ut reconcilietur, quod fit per sanguinis effusionem ibidem factam, propter delictum, ex homicidio, etiam sine sanguinis effusione, & propter seminis emissionem, ut alibi est dictum. † de alio item contigit dubitari saepius in ipsa visitatione. An altare sit consecratum non apparentibus signis consecrationis, neque scripturis: licet multi dicant esse praesumendum, tamen reuera consecrandum est, de consecr. dist. 1. sollempnitates, & c. ecclesiae, sicuti in facto scripsimus pro ecclesia vna principali



epicali, vbi altare maius nullum monstrabat signum consecrationis: nec suffragabatur magnitudo ecclesie, & ciuitatis, quia non factum, non posunt ex hoc facere factum, consecratio consistit in facto, quod vt sit probatione opus est, argum. l. in bello. §. facta. ff. de capitu. Consecrare autem altare non ad omnes spectat, sed ad episcopos tantum, quia id est respectu ordinis, non iurisdictionis, ideo committi non potest, nisi alteri episcopo, iuxta not. inc. aqua, de consec. eccl. vel alt. & ibi Abb. & alij, tamquam de dependentibus ab ordine episcopali, quae enim sunt ordinis, non nisi episcopo committuntur, & tex. eiusd. c. aqua. est notabilis ad dictum verbum, ad cuius declarationem, & ornatum multa dicit Couar. lib. 3. var. resolut. cap. 20. num. 3. Ioan. de selu. in saepius citato trac. de benef. 1. part. §. 5. nu. 151. licet capitulum, vel alius inferior possit requirere episcopum

similia suo ordini facere, cum sola autoritas iurisdictionis in loco desit. gl. per simile not. tex. de offic. ordin. cap. quod sedem, de quo meminit, ibidem Couar. nu. 3. cum sine licentia ordinarij loci, aliter pontificalia extra suam iurisdictionem exercere non possit, etiam nec calices aut corporalia benedicere, sess. 6. Conc. Triden. de reform. c. 5. quem tex. poteris semper notare ad vnum continuu euenire visum, ad quod pauci aduertunt, & multi incurrunt, & in personas tantu eidem ordinario loci subiectas, a quo habita est licentia, ad quod dubium soluendum multas declarationes ponit, episcopus Vulteri. lib. 4. c. 21. de irregular. fol. 356. pro quo facit tex. ipsius Conc. licet ipse non alleget in propria materia, qua scribit, sess. 7. de reform. cap. 11. incip. facultates. vide vtrumq; text. & c. quando littere dimissionis clarius expriment potestatem.

DE REBUS IN ECCLESIA NECESSARIIS, & Benedictione Pontificali in eis adhibenda.

CAP. VIGESIMVM TERTIVM.

§. I. V. M. M. A. R. I. V. M.

- 1 **T**EMPLVM Dei, quod est. Ecclesia ad cultu diuini multa sunt necessaria. nu. eod. & nu. 9.
- 2 **O**rnamenta ecclesiastica non debent a laicis contractari. Habitum religionis deferens a possit cogi religionem ingredi. nu. eo.
- 3 **L**ibri debent esse in ecclesia pro institutione sacerdotum, & qui. Summa Martini Doctoris Nauarri
- 4 **C**alices cum patenis requiruntur in ecclesia.
- 5 **C**alices de qua materia esse debent.
- 6 **C**alix in scriptura quid significat.
- 7 **C**alix in scriptura quid significat.

K Sacer



- 8 *Sacerdos celebrans in calice ligneo deponitur.*  
*Episcopus non potest dispensare celebrari in aliquo calice non consecrato.*  
*ibidem.*
- 10 *Pax quare detur in Missa, & in qua, & quid denotet.*
- 11 *Corporale ad quid supponitur calici, & de quo fit.*
- 12 *Candelabra in ecclesia quid significant.*
- 13 *Vestes mulierum non debet conuerti in vestes ecclesiarum.*
- 14 *Sacerdos celebrans sine indumentis necessarijs qualiter puniatur.*
- 15 *Stola facta de planeta benedicta, an*
- 16 *debeat iterum benedici.*
- 17 *Cereus paschalis debet esse in ecclesia, & quare benedicatur.*
- 18 *Laici in ecclesia dum diuina celebrantur debet esse diuisi a clericis.*
- 19 *Silentium necessarium in ecclesia, & quibus est seruandum.*
- 20 *Episcopus visitans qua circa altaria, & ornamenta ecclesiarum prouidende debet.*
- 21 *Ingressus fidelibus in ecclesia qualis requiratur.*
- 22 *Pœna interdicti ecclesia timenda est, & an solita imponi.*
- 23 *Salus extra ecclesiam non est. Vbi multa.*

**Q**uoniam grandis est materia de qua tractamus. Cum de templo Dei, quod est anima fidelis agatur. 1. ad Cor. capit. 3. nescitis, quia templum Dei estis, & de domo Dei, id est templo, hoc est ecclesia. ps. 5. ego autem in multitudine misericordie tue introibo in domum tuam, adorabo ad templum sanctum tuum in timore tuo, ex antiquo institutum ipsa templa ornari legit apud Machab. lib. 1. c. 4. postquam Iudas purgauit templum, & edificauit altare nouum, fecit sanctum, & quae intra domum erant, intrinsecus, & eadem, & atria sanctificauit, & fecit uasa sancta noua, & intulit candelabrum, & paulo post, & appensa sunt uela, & c. ideo multa uidentur restant pro ornatu ipsius templi Dei qui loquens ad seruum suum Moysen Exod. capit. 25. & capit. 29. iussit sibi fieri tabernaculum ornatum cortinis de bysso retorta hyacinthis, purpura, gemmis, tabulis, luminaribus, aromatibus, in unguentum quod idem de templo aedificato, & ornato a Salomone legimus. 1. lib. Para. c. 3. et 4. sic, & ecclesia Dei domus sua figurata per tabernaculum Moysen, & templum Salomonis, eod. ca. 26. Exod. in qua ipse Deus spiritu ueritatis adoratur. Ioan. c. 4. ornata, & ampliata esse debet omnibus ad cultum diuinum facientibus. sicut igitur in ea luminaria continua ante altare corporis Christi, & sic si alia est Imago Gloriosa Virginis, aut alterius sancti, per cuius deuotionem Deus dignatus est ostendere miracula, cum decenti apparatu luminarium carere, & olei, ut frequens populi deuotio accrescat, & in sanctis suis glorificetur Deus, apud quem non est impossibile omne uerbum. Luc. cap. 1. ornamenta non desint, secundum tamen facultatem, quod respondeant festiuitatibus anni, cum uestibus opportunis altare desuper cooperito, & loco sanctae Eucharistiae, ne pulueribus sedentur: cortinae sint honeste ante altaria, manutergia pro-



manibus tergēdis, ne sacerdotes celebrantes cum pannis altaris mudent manus, quod & cauendum est, non enim ad hoc robaleæ altaris seruire debent. † Ipsę tamen vestes, ornamenta, & similia, quę sua benedictione ab ipso episcopo sint munita, iuxta orationes, & preces inductas ab ecclesia secundum librum Pontificalis, quę non aliter ad ministerium diuinum admitti debent, non possunt a laicis contractari, cum iuris regula sit, ecclesiastica non posse esse apud laicos. 10. quęst. 1. cap. decretum. cum cap. regenda. multo magis nec accommodari ad ludos prophanos exercendos argum. cap. cum decorem. de vit. & honest. cleric. (quod & ad ligna ipsius ecclesię in laicorum opera non admitti est ampliatum cap. ligna, cum seq. de consec. dist. 7.) laici enim videntes vestibus religiosis in ludis inhonestis, & laruationibus, vel etiam eas lacerantes, dum clerici deterunt, grauiter sunt puniendi. Franc. Marc. quęst. 123. part. 2. fab. Monteleon. in in sua pract. arbitr. 4. par. nu. 960. cum seq. vnde dixit gl. in cap. mulieres, per illum tex. 27. quęst. 1. quod deferens habitum alicuius religionis, ludo, aut fraude, vt forte maiores colligeret elemosynas, potest cogi religionem ipsam ingredi: sed alia glos. communiter recepta in c. tuarum de 4. priuileg. hoc negat. puniatur tamen pena arbitraria. in verb. signatos, & hoc verum, & ratio tex. eiusd. capit. mulieres differt a quęstione. † Libri insuper, opportuni requiruntur pro Missis celebrandis, euangelis, epistolis, iuxta multitudinem clericorum, Antiphonaria, Responsorialia, homelie, baptisterium, ordinarium officij, psal-

terium, de quibus omnibus loquitur tex. 38. dist. c. quę ipsis, sed quo tempore legantur. Gul. in ration. lib. cap. 1. nu. 13. cum plur. seq. item Biblia Sacra, si fieri potest, Alphon. Aluar. in suo Specul. c. 58. post medium, Concilium etiam Tridentinum. Sit omnino Catechismus nouus editus ex decreto Conc. Trid. iussu Pij Quinti Pont. Max. qui etiam vulgari idiomate circumfertur, aliqua summę ad instructionem curatorum, circa sacramenta, eorum administrationem in quęstionibus occurrentibus, maxime ad Sacramentum pœnitentię, in quibus ad modum laudo summam Man. Martini Azpilcuetę Nauarri doctoris celeberrimi canonum, & in sacro pœnitentiarię officio in vrbe his proximis annis satis versati, & quam latine ordinatius conscripserit, eam enim vtilissimam iudicamus, & frequenti calamo ab omnibus venerabilatam, synodale episcoporum habetur, vt videri possint prohibita, & illicita, Missales sint de nouis correspondentes nouo officio, nec in alijs celebrari potest, a sequentibus ritum Roman. Curię, qui libri, etsi necessarii sint, non tamen benedicuntur ab episcopo, exceptis ipsis Missalibus, vt Abb. dicit in c. 1. n. 3. de pignor. quam benedictionem numquam in Pontificali legi. † Sit transumptum bullę solitę, legi in die Cęnæ Dõmini. Sanctiss. D. N. D. Gregor. XIII. Pont. Max. cui attente omnes studeant, vt eius tenor obseruetur, & nequis in casibus ibidem contentis se intromittat, vt in §. præcipimus est decretum, eaq. bulla sæpius in anno publicetur pro ordinarios locorum, ex præcepto eiusd. in fine: §. insuper, vt processus



& in synodis; & congregationibus clericorum in qualibet ecclesia, etiā transumpto in sacristia affixo, eamque quilibet ad confessiones audiendas deputatus habeat. s. cæterum, vers. 28. reseruaui eorum casuum sibi Dominus Papa specialiter absolutionē, ergo alijs non concessit, quando. n. conditor legis excommunicationis relaxationem sibi non reseruat, episcopis relinquere omnibus clarum est: cap. nuper. §. in secundo vero casu, de senten. excom. glo. in c. ad Apostolicæ, de sent. & re iudic. lib. 6. † Calices, patenæ sint de auro, vel argento, non ex ære, vel auricalco, ne prouocent ad vomitum ex rubigine, que ibi contrahitur: de consecr. dist. 1. c. c. lxx. & cap. vasa. cum corporalibus integris, & congruis, quibus omnibus fit Pontificis consecratio, & benedictio addita, vt in Pontificali notatur, nec ipsa corporalia debent esse de ferico. Christus enim dominus noster in synodoue munda fuit sepultus, c. ex consulto ead. dist. ex Mat. c. vlt. ideo munda, quia fuit innocens, & sine macula, de lino terreno, quia veram carnem mortalem, & passibilem assumpsit de corpore Gloriosæ Virginis Mariæ, de quo aliquid infra lib. 2. cap. 18. † Quod autem calices de hac materia fieri debeant, habetur responsum Bonifacij in Conc. Trid. can. 18. quondam sacerdotes aurei ligneis calicibus utebantur, nunc e contra, lignei sacerdotes aureis vtantur calicibus. Ideo potius de auro, & argēto, ad denotandum thesauros sapientiæ in altari (idest Christo) absconditos, & munditiā culpæ, non autem de plumbo. Gul disputas in ration. lib. 1. c. 3. num. 45. quia ipse est sapientia patris. 1.

ad Corin. cap. 1. Eccles. c. 2. 4. eamque promisit ecclesiæ suæ daturum. Luc. cap. 21. sess. 18. Concil. Trid. in princ. quod fuerit mundus omni culpa, patet per doct. in 3. q. 1. ar. 15. q. assumpsit defectus nostros, qui sunt ex culpa, vt sitire, famefcere, fatigari. Ioan. cap. 4. Iesus saugatus ex itinere; sed eos qui sunt ex culpa, & ad culpam omnino, non assumpsit, nec decuit assumere: sed primos sic, naturales, non personales, dicunt ibidem Doct. & declarat. Dom. Cardin. Aracæl. de symbol. Apost. cap. 17. Item de auro, quia non licet ecclesiam Dei in paupertate esse, sed, vt dicit de ipsa psal. 41. Assuit Regina a dextris tuis in vestitu deaurato, circumdata varietate, consecrantur igitur ipsi calices, cum patenis per episcopum ex ratione adducta per eundem Gul. eod. lib. cap. 8. num. 24. † Licet etiam calix in scriptura sacra significet passionē Mat. c. 20. potestas bibere calicem, quem ego bibiturus sum. Vnde Cassiodor. super psal. 115. calix dicitur passio, quia cum mensura bibitur. Nam fidelis Deus non permittit nos tentari supra id, quod possumus. Mat. c. 26. Luc. c. 22. Abba pater, si possibile est, transfer a me hunc calicem: quid autem differat calix a Cypho. Petr. Comest in hist. scol. Euang. cap. 113. calix, cyphus, cum quo mensurate distribuitur potus bibentibus, vt calix ad litteram, cyphus, quo calidam sumimus potionem, & vere fuit calida potio quā Dominus in ara Crucis pro nobis bibit. Vnde psal. 68. in persona ipsius: saluū me fac Domine, quoniā intrauerunt aquæ vsque ad animam meam: sic, & quē sancti Martyres sustinuerunt. psalm. 78. effunderunt sangu-



sanguinem ipsorum, tamquã aquam  
 in circuitu Hierusalem, & non erat,  
 qui sepeliret, & quibus ipse dixerat.  
 Matt. c. 20. calicem quidẽ meum bi-  
 betis, &c. Sed mihi vindictam, & ego  
 8 retribuam eis, ad Roman. c. 12. † Et  
 si presbyter in calice ligneo celebra-  
 re ausus fuerit, priuandus est, cap. fin.  
 de celebr. Miss. idem si ex vitreo, gl. in  
 eod. cap. de consec. dist. 1. cap. vt cal-  
 lix, (immo, & in istis aureis aduerten-  
 dum plurimum in forma, qua eos fa-  
 ciunt moderni in pede amouibili,  
 cum visum sit sanguinem distillare,  
 ideo cauendum est: quia frequentius  
 scandalum oriri, sicut vni euenit, qui  
 dum consecrasset, & sanguinis per  
 pedem calicis discurrisset sic, voluit  
 exclamare miraculum, nisi astantes  
 aduertissent.) Idem si in non conse-  
 crato: nec episcopus potest dispen-  
 sare celebrari in calice non consecra-  
 to. Flor. in 3. titu. 13. cap. 6. §. 5. post  
 9 versum not. quod Missa. † Sit Crux  
 quam omnis ecclesia curata habere  
 debet, & etiam duplicatam, si vires  
 ecclesiæ sufficiunt, vt in curatis por-  
 tetur pro defunctis: sit turribulũ cum  
 nauicula pro thure reponendo: pax  
 ẽt danda populo, sit argentea, vel li-  
 gnea depicta, ad hoc ne detur cũ pa-  
 tena, cum qua tangitur dominicum  
 corpus: sacerdos autem eam oscula-  
 tur, & cum ea se signat, ex mysterio,  
 quod declarat Gul. in ration. lib. 4.  
 cap. 50. nu. 4. eamq. aliquando abscon-  
 dit, cap. 30. num. 26. cum sequen. sed  
 in Missa sollempni celebrante sacer-  
 dote cum assistentibus, pacem pri-  
 mum accipit diaconus a sacerdote.  
 10 † Datur autem ipsa pax in Missa ex  
 eo, quod Christus pacem dedit huma-  
 no generi. Vnde Angeli infelici

eius natiuitate concinerunt, &  
 in terra pax hominibus bonæ volun-  
 tatis, Luc. c. 2. & a prophetis dicitur  
 princeps pacis. Isai. 9. psal. 72. 2. Cor.  
 2. Theff. 3. & omnes filii ecclesiæ pa-  
 cem habere debemus. Gul. lib. 4. cap.  
 53. num. 1. cum sequen. vbi quare,  
 non detur in Missa pro defunctis, &  
 lib. 7. cap. 35. num. 50. Nicol. Plou. de  
 sacr. Miss. par. 5. in fine, & datur ante  
 communionem, post tamen conse-  
 crationem, cap. pacem, de consec. di-  
 stinct. 2. vbi gloss. adducit rationem,  
 quare non detur inter monachos,  
 quia sunt mortui mundo. Archid. ẽt  
 in eod. cap. assignat triplicem ratio-  
 nem, quare in Missa detur pax. Pri-  
 mo quia fideles post Christi mortem  
 & post resurrectionem gratulabãtur  
 se promeruisse pacem, & concor-  
 diam Angelorum, cuius est signum  
 osculum, quod in scriptura sacra si-  
 gnificat vnionem, charitatem, pacem  
 & reuerentiam. Guliel. eodem cap.  
 53. num. 10. ideo cum excommuni-  
 catis prohibemur communicare o-  
 sculo, cap. fin. 11. quæst. 3. & Iesus  
 cum vidisset Iudam velle mutare na-  
 turam osculi, dixit. Amice osculo  
 filium hominis tradis, & tamen ex  
 magna sui bonitate non negauit.  
 Luc. cap. 22. Secundo cum sint filij  
 Dei patris, & matris ecclesiæ, fra-  
 tres sunt in Christo, ideo sunt reficiẽ-  
 di vno pane, & ditandi communi  
 hæreditate, quæ similiter notatur  
 per osculum. Tertio quia per oscu-  
 lum caro carni, & spiritus spiritui cõ-  
 iungitur, & nos qui carnis propagine  
 de Adamo descendẽtes cõiungimur,  
 & charitatis vinculo connectimur, &  
 ad illud, qui non vult pacem, habeat  
 maledictionem, pax huic domui, si



non fuerit digna, pax vestra reuertetur ad vos: Matth. cap. 10. ipsam tamen pacem non permittat episcopus a subdiacono in Missa sollempni ministrante dari laicis, vel a diacono assistentibus ambobus, sed ab alio clerico suppelliceo induto. † Et cū calici supponat corporale, significat ecclesiam, quæ Christi passionem imitari non desinit, quia sicut corporale multo la bore candidat, ita, & ecclesia multo la bore Christo conformat, & denotat ipsam syndonem, qua corpus Christi fuit inuolutum. c. consulo omnium de cōsec. dist. 1. fit. n. corporale de lino, ex quo sicut linum multis tersionibus ad debitum candorem deducitur, sic ecclesia per illud significata (quæ per corpus Christi intelligitur) multis passionibus, & præssuris ad candorem vitæ æternæ perducitur. similiter, & corpus Christi per illud significatum per multas tribulationes venit in gloriam. Luc. c. fin. nonne oportuit pati Christum, & ita intrare in gloriam suam: vnde videndum est, quod sint corporalia cum pallis, & ea munda, & nitida, benedicantur ab episcopo iuxta ritum Pontificalis, nec amplius a fæminis, etiam monialibus. 12 † Candelabra item requiruntur, & quod clerici ipsis vtantur. vt dicit ipse Gul. lib. 1. cap. 3. nu. 27. quod duocandelabra posita in altari erant ad significandum gaudium duorum populorum letantium de Natiuitate Christi. Ioann. de Selu. de benefic. 1. par. quæst. 5. num. 76. immo Dominus præcepit fieri candelabrum ductile ex auro purissimo. Exo. cap. 25. 3. Reg. cap. 8. ead. quæst. nu. 58. Ber-

nard. in sent. de hoc nomine: quod candelabra in scripturis reperiuntur tria, legalis obscuritas, quæ spherulas habet, & lilia, Prophetalis subtilitas habet duas oliuas in cacumine suo, & euangelica veritas, habens in medio sui similem filio homini. in quo visitas debet providere fieri in ecclesia, & in vnaquaq. sui cappella, lignea & ex auricalco, & pro altaribus, & pro eleuatione sacramenti corporis Christi, sicut decentiam, & necessitatem ecclesie. † Omniaq. debent esse prout tanto sacrificio Missæ conuenire digna sunt. vnde do. Florent. in sum. 3. p. tit. 13. c. 6. §. 5. circa med. vbi tractat de vestibus, & ornamentis alijs ecclesiasticis benedicendis, inuehitur contra eos, qui de vestibus mulierum prophanatis faciunt planetas, & alia paramenta, quæ est male factum, & fuit dictum Io. de Fano. quæ refert, & sequitur Arch. de conse. dist. 1. c. ad nuptiarum. in fi. & re formanda est cōsuetudo, quæ hoc dictum abrogauit, nã si ad multa pro seruitio ecclesiarum possunt accommodari, non tamen ad altaria, & vestes sacerdotis pro Missa celebranda debent permitti, ex multis, quæ prophane potuerunt interuenire. † Fitq. semper diligens inquisitio, si sacerdos celebret cū debitis indumentis, & benedictis, alias grauissime peccat, dicit Arch. ead. dist. c. concedimus, & nos addimus, si scienter celebraret sine requisitis indumentis est depositione dignus. cū in Conc. Remensi c. 4. statutum fuerit nullum præsbiterum absq. amictu, alba, stola fauone, manipulo, & casula vllatenus præsumere celebrare, cū dicatur temere facere, exercens scienter actum a iure prohibitum. arg. c. per venerabilem. §. videbatur: qui fil. sint legit.



legit. quamuis arbitrio iudicis puniē-  
dū relinquat Bern. Diaz in sua prac.  
crim. c. 33. ex mente Archi. in c. eccle  
15 siastica. 23. dist. † Stola ponitur in mo-  
dum crucis, vt sacerdos portet crucē  
pænitentiae in corde, vel in corpore,  
& potest significare funes, quibus  
Christus a Iudæis fuit ligatus, licet e-  
piscopi nō ponāt in modū crucis, vt  
Bern. ex Gull. alleg. c. 33. memor est.  
q̄ hodie p̄ Rubricas noui Missalis in  
nouatum est: Sed utrū stola facta de  
planeta benedicta debeat iterū bene-  
dici, q̄ sic Archid. de cons. dist. 1. c. ve-  
stimēta quia ad ipsam est data parti-  
cularis benedictio. & est mutata for-  
ma, quæ dabat esse rei. vt sētit Alber.  
16 in verb. cōsecratio. 5. † Similiter epi-  
scopus videat, si ecclesia habet suum  
cæreum paschalē debito tēpore ser-  
uiētē, & q̄ sit is benedictus, cuius be-  
nedictionis causa exprimitur in c. 7.  
Conc. Tolet. quarti. Per hæc verba.  
lucerna, & cæreus in vigilia sanctæ  
Resurrectionis pp̄ gloriosum noctis  
ipsius Sacramentū sollēniter benedi-  
catur, & sacre Resurrectionis Chri-  
sti mysteriū, q̄ tempore huius noctis  
votiuæ aduenit, benedictionē sancti-  
ficati luminis accipiamus, & supra co-  
lumnā illuminatus, quid autē signifi-  
cat, & cur benedicatur a diacono, &  
quid in eo grana thuris denotēt, & i-  
gnis antiquus extinctus, & nouus de  
petra excussus. declarat Gul. in ra-  
tion. lib. 6. c. 8. Alph. de Castr. contr.  
hæret. lib. 6. in fine. & in cuius bene-  
dictione pijsima verba ponūt a san-  
cta ecclesia, vt omnes ad deuotionē,  
17 & charitatē accendātur. † Nec laici  
simul cum clericis in ecclesia dū ce-  
lebrantur stare debent, sed diuisim  
cum deuotione, & reuerentia & est

tex. in cap. 1. de celebrat. Mis. vbi sæ-  
minæ, & laici quicumq̄. prohibētur  
inter clericos stare, vel sedere secus  
altare, q̄n̄ sacra mysteria fiunt: licet  
ad orādum & cōmunicandū pateāt  
sancta sanctorū sæminis, & laicis, &  
quidē hic abusus remouendus est, vi-  
demus enim laicos, sic sacerdoti cele-  
brāti adhærere, vt impedimēto sint,  
nā si ex multis, quæ occurrunt, vt sa-  
cerdotes aliquando supplere habeāt  
vel propter formā, aut materiā omif-  
sam, si laici tam prope adsunt, qui ne-  
sciunt ad quem finem, scandalū pa-  
tientur, quia facilis est eorum mens  
18 ad scandalū, & ad murmur. † Ipsi ta-  
men sacerdotes in ecclesia silere non  
debēt, sed debēt cantare laudes Deo,  
silentium vero tenendū est a laicis,  
præsertim sæminis, contra quas est  
præceptum Apostoli 1. ad Cor. 4.  
mulieres in ecclesia fileant (q̄ & de  
prædicatione multi intelligūt) per a-  
liud. 1. ad Tim. 2. mulier in silentio di-  
scat cū omnis subiectione. idque de  
vanis, & prophanis colloquijs prohi-  
bit canon. Concil. Triid. sess. 22. in  
decreto. de obseru. & euit. in cel.  
Miss. s. ab ecclesijs, & est optimus  
tex. 5. q. 4. cap. in loco, vnde frequen-  
tius Prælati monent, et sub pænā si-  
lentii ab omnibus teneri, vt clerici  
celebrantes diuina, non abstrahant.  
quod & obseruandum est, idque etiā  
obseruatum a lege ciuili, vt præcedat  
monitio, cum silentium indicit, tex.  
est qui continuo practicatur. in s. si  
quis autem non implens. cum sua.  
glos. in auct. de hæred. & falcid. &  
de silentio sæminarum dicit Aristot.  
1. Polit. quod id ornat mulierem,  
silentij amicus appropinquat Deo,  
legitur de religioso. & latenter collo-  
quens



19 quens Deo illnminatur. † In his igitur providere debet episcopus, vt in omnibus cultus diuinus augeat, omnia nitide mundentur ad partē, iuxta piscinam seu sacrarium, vel prope altare, aut in alio honesto loco, nec a laicis tangi, & contractari permittat, sicut multi faciunt, qui corporalia, & calicis panniculos a mulieribus purificari faciunt, antequam in sacrario mundauerint. contra tex. in c. nō oportet. cum duob. seq. 23. dist. & vitreæ fenestrarum ipsius ecclesiæ debent esse integræ, non fractæ, ne celebrantes diuina, maxime nocturnū, eo tempore, & ventis, & aquis opprimantur, ex eo quo alij terreantur ad ecclesiam debitis horis accedere pro officio celebrando iuxta laudabilem

20 ecclesiæ consuetudinem. † Et circa paramenta viso si adsunt omnia necessaria, vt supra est dictum, sacristæ ipsis nō vtantur pro ornādis sedibus muris, cappellis, sed tantummodo ad vsum destinatum conseruentur; fortius ne ad vsus prophanos, sed considerent quod Baldassar filius Nabuchodonosor ex prophanatione vestimentorū, & vasorum tēpli Dei mortē assequutus est. Dan. 5. cap. de consecr. dist. 1. cap. vestimenta. c. sancta. & vide 26. quæst. 5. c. si quis episcopus. quod deponat omni gradu. immo committit sacrilegiū, S. Thom. 2. 2. quæst. 99. ar. 3. vers. dicendum, & quia ad laruas, & fabulas, & spectacula multi ausi fuerunt, etiā per vim vti, nececessarium fuit sententiā excommunicationis latæ sententię apponere. † Fideles omnes moneantur ipsius ecclesię sanctitatem, quia terribilis locus, vbi Deo sacrificatur. Genes. cap. 18. Exod. c. 3. Vnde cum ma

xima reuerētia, & deuotione ingressus ipsorū ad ipsam esse debet, vt genuflectant, nō stent ante fores, nō capite cooperto, nec sedeant, cum standum est, & ad Euangelium. de celeb. Miss. c. Sane. de consecr. dist. 1. c. Apostolica. humilis enim & deuotus debet esse ingressus ad ecclesiā, quia si humiliter ingredimur, & manemus corā domino temporalis, fortius corā Domino dominorū, & Regum Rege. de immun. eccle. lib. 6. c. decet domum Dei, argumen. c. vergentis. vers. cum enim de hæret. ipfius enim est terra, & plenitudo eius orbis terrarum, & vniuersa, qui habitant in eo. psal. 11. inde Pius Quintus Pontif. Maxi. in sua consti. cum primum. §. vt igitur. 1566. ann. 1. contra deambulantes per ecclesiam sanxit, innouando Constitutionē Gregorij Decimi, eod. cap. decet. Vt ad ecclesias sit humilis, & deuotus ingressus, quieta conuersatio, deuotis orationibus insistant, & omnes genibus flexis sanctissimum sacramentū adorent: ad nomen Iesu Christi Domini nostri, cum exhibitione reuerentię caput inclinent: nullus in dictis ecclesijs seditionem faciat, tumultū excitet, clamores moueat, impetumve committat, cessent vana, sæda, & prophana colloquia, risus immoderati, & strepitus omnes iudiciorum, & alia quæcumque, quæ diuinū officium perturbare possunt, nullus intra ecclesiam deambulare audeat, siue præsumat dum celebrantur sacra Missarum mysteria, & alia diuina officia: contrafacientes præter acrimoniam diuinæ vltionis puniendos præna arbitrio ordinariorū imponendos

22 da. † Malis autem christianis prohibendus



bendus est ecclesie ingressus, de his, qui publice mali sunt, argum. cap. nolite recedere. 11. quaestio. 3. Vnde haec poena ingressus timenda est, tanquam prohibitiua accedere ad communem matrem quae est ecclesia: sess. 18. Conc. Trid. §. quonia vero, & hanc poenam saepe facit canones imponunt, sessio. 6. eius. Concil. de reformat. cap. 1. §. crescente vero, de senten. excomm. cap. sacro. sylv. interdium quarto, in fine, & prohibitus, in grediendo mortaliter peccat. eodem verb. 6. de quo alio diximus, festinamus ergo omnes in illam requiem, ad Hebr. 4. & manere in ipsa unitate sanctae ecclesiae, eique incorporari  
 23 fidelis quilibet desiderare debet. † Nam extra ecclesiam nulli datur salus, Non potest habere Deum patrem, qui vniuersalis ecclesiae non tenet unitatem, cap. alienus. 24. quaestio. 1. cum ex ipsa sola veritas inspicitur, ead. quaest. cap. quia ex sola, & Beda super Matth. quicumque ab unitate fidei, vel societatis Petri Apostoli quolibet modo semetipsum segregauerint, tales nunc, nec vinculis peccatorum absolui, nec ianuam possunt regni caelestis introire, ead. quaest. cap. quicumque: Ecclesia nempe est columna, & firmamentum veritatis. sess. 13. Concil. Trid. de sanc. Euchar. sac. cap. 1. in princ. (est namque maxima haeresis ab ecclesia detestata, quod quilibet posset saluari in sua lege, vel secta. Alber. de haeret. q. 22. num. 40. Aluar. Pelag. lib. 1. c. 23. quia Christus non est diuinis 2. ad Cor. c. 6.) neque ecclesia esse potest, ubi scisma est, c. pudenda. 24. prima Dom. meus. dom. Card. Albanus de pot. Pap. 2. par. num. 57. pulchre do.

Card. de Turr. Crem. in sua sum. eccl. lib. 1. cap. 21. nec extra eam sanctitatis species esse potest, domin. Cardin. Aracael. de symbol. Apostol. c. 36. Floren. in prima, titul. 6. cap. 2. §. 5. vers. de quarta. Vna est fidelium vniuersalis ecclesia, extra quam nullus omnino saluatur, est definitio Conc. generelis sub Innocen. III. c. primo. §. vna vero, de summ. Trinit. quia homo absq. diuina gratia per Iesum Christum, non iustificatur suis operibus, quae vel per humanae naturae, vel per legis doctrinam fiant, ex determinatione sanctae ecclesiae in Conc. Tri. sess. 6. de iustif. can. 1. in qua sanctae ecclesiae unitate suffulti gratia omnipotentis Dei nos viuimus, & ipso adiuuante, qui ad se confugientes non deserit, semper durabimus, quod concedat pius, & misericors dominus noster Iesus Christus, omnium gratiarum fons, & auctor. sess. 21. praefati Concil. Trid. de com. sub vtraque spet. can. 3. & qui dilectam animam suam in nostrae salutis precium posuit, & carnem suam nobis dedit ad manducandum, & c. 8. §. demum auct. eod. tit. vna est sancta ecclesia, & ea quidem non foris, sed intus, & sicut extra arcam Noe, omnes mortui fuerunt, sic extra ecclesiam nullus saluatur, inde Bern. super cantic. sermone 37. in princ. sine timore, & amore Dei salus non potest: absit in aliquo gloriari, nisi in Cruce D. N. Iesu Christi, 2. ad Cor. 11. absit in aliquo quaque fiduciam nostram collocare, quam in hac, quae salus, & nostra redemptio est. do. Card. Hof. de fid. & symbol. capitulo 11. his debet populus ab episcopo instrui, vt omnes in vna ecclesia vnanimes sint, agentes gratias



gratias Deo de salute: sicut legimus de maioribus nostris, quod multitudi-  
ni credentium erat cor vnū, & anima  
vna. Actuum Apostolorum, cap. 4. &

in epistola. 4. Diui Clementis, cuius  
dicta referuntur. 12. q. 1. in c. dilectissi-  
mis Item Domi. Card. Hofius, in sua  
Parænesi. fol. 766. &c.

DE OBLATIONIBVS ECCLESIASTICIS,  
& eorum Inquisitione.

CAP. VIGESIMVMQVARTVM.

S V M M A R I V M.

- 1 **O**BLATIO quid sit, & vnde ori-  
ginem habuit. Et quod est du-  
plex. nu. 2.
- 2 Oblationes faciendæ sunt in Ecclesia.  
Et an de præcepto. nu. 4.
- 3 Oblationes ex quatuor possunt deberi.
- 4 Sacerdos quando possit petere oblatio-  
nes.
- 5 Laici non debent sibi vsurpare oblatio-  
nes Ecclesiarum.
- 6 Innocenti opinionio discutitur.
- 7 Interdictum resuperandæ possessionis  
a quo debet intentari.
- 8 Oblationes quorum non accipiantur.
- 9 Episcopus quando vendicat sibi obla-  
tiones.
- 10 Oblationes factæ imagini existenti in  
muro cuius erunt.
- 11 Episcopus quas oblationes persuadeat  
Christianis.

**S**AEPIVS in visitatione ipsius  
cathedralis ecclesiæ, & alia-  
rum, quæstiones occurrunt  
de oblationibus ecclesiasti-  
cis etiam cum laicis, forsân præten-  
dentibus, vel saltem se intromittere  
volentibus, immo inter ipsum episco-  
pum, & sacerdotes ecclesiæ, ideo ali-  
qua de ipsis breuibus verbis dicenda  
sunt. † Ad quod inquit dom. Card.  
Hofius scribens contra Phil. Mel. de  
imped. matr. cap. 56. laicos habere  
suas oblationes, quas ad altare offe-  
runt, sequentes præceptum domini,  
Exod. cap. 24. non apparebis in con-  
spectu meo vacuus: ex vsu anti-  
quissimo, & dicitur oblatio actus  
exterior religionis, cum offeratur

Deo aliquid in recognitionē supre-  
mi dominij, & ad significandum  
sacrificium, quo anima fidelis se ip-  
sã offert Deo. Viguer. de virtu. iust.  
vers. 13. dicunturq. oblationes, quæ-  
cūq. de proprijs, & licitis rebus eccle-  
siæ a fidelibus offeruntur, c. causa Car-  
pensis, de verb. sign. & est nomen ex-  
tensiuum ad omnes res S. Tho. 2. 2.  
quæst. 86. ab Abel Iusto, qui obtulit  
Deo de primogenitis gregis sui, & de  
apibus eorū. Gen. c. 4. sic etiam Noe  
egressus de Archa obtulit holocau-  
sta super altare, eod. lib. cap. 8. memi-  
nit etiã Petr. Rebuf. de decim. quæst.  
1. num. 23. & scribunt plenissime,  
Marian. Soccin. Troyl Malu. Andr.  
Barbat. in pecul. tract. de oblat.

† Et



2 † Et licet Rebuffus ead. q. nu. 27. tres ponat oblationum species, tamen ad propositum dicimus, quod est duplex oblatio, spiritualis, & temporalis. Spiritualis cum offerri Deo patri Corpus Christi, & sanguis eius, de qua oblatione tractamus infra, cum de sacramento Eucharistie scribimus, de cuius spiritualis oblationis fructibus, multa venerabilis Beda in sua Anglicana historia, lib. 4. & c. 22. Temporalis autem, de qua nunc loquimur, ex rebus predictis, ut de Abel, Noe, legitur, quae est triplex secundum distinctionem Reb. prima si donatur ecclesiae, vel ipsi Deo, aliquid a Christiano inter viros dicta, dum cogitat de remissione suorum peccatorum, & ut reddat aliquas gratias ipsi Deo de beneficiis acceptis, & in hoc casu diligens debet esse scrutatio episcopi, ut videat, quae sunt donata, si aurea, & argentea vota, quod conferentur, & adnotentur, nec alienentur inconsulto Romano Pontifice. nisi enim diligentia adhibeatur, facilius datur aditus remouendi, & occultandi, maxime ubi constituuntur cappellani per Abbates, & Rectores qui solent ignorantibus Abbatibus, & Rectoribus occultare, & usurpare (quod nos ordinauimus in Ecclesia Rauellensi, in visitatione vna ecclesiae sancti Triphoni, quae subest ordinario iure ecclesiae cathedrali Rauellensi, quo est concursus multus, & de uotus populorum multa offerentium, quod enim statuimus fuit respectu cappellani existentis, non intuitu Abbatis, & Rectoris absentis. sciebamus enim quanta sua prudentia, & in his vigilantia mentis, & quam ardeat zelo cultus diuini. is enim est doctissimus Abbas Marius de Curte theologus

primarius, & concionator, & cui Deus ex visu exteriorum oculorum ammissis, quasi in tenera aetate, multa superabundauit dona. sic de alio Dydimio legimus, in histor. tripart. lib. 8. c. 8. qui ignorans adhuc primas litteras oculis orbatus, Deo docente in tantam scientiarum diuinarum, & humanarum eruditionem venit ut doctor primarius scholae ecclesiasticae extiteret, & a Beato Antonio consolatus est mirabiliter super orbitate, quem se vidisse, & audiuisse testatur Ruffinus antiquus scriptor ecclesiae in histor. eccl. lib. 11. c. 7. habet. n. ipse modernus Abbas cui se assimilare, magno suo parenti Ioanni Andree de Curte Praesidenti Regii Concilii Neapolitani, qui dum vixit, fuit quidem ecclesiae, & cuius merita. cognouit Philippus Rex catholicus, considerans virtutes paternas frequentius in filios emanare, assumpsit exinde in eodem Concilio alium filium consiliarium Dominum Franciscum de Curte iuuenem admodum diligentissimum, quibus fratribus nos plurimum debemus, sicuti, & Patri dum vixit debebamus, modo ad propositum si fuerint vestes, paramenta, ad usum ipsius ecclesiae destinentur, si pecunia in esse vel annua, videatur donantis intentio & declaratio, alias pro ipsa ecclesia ad iuuanda reueretur, quae omnia maxime oblata de argento, & auro in singulis visitationibus recognoscantur, & reuideantur: secunda species oblationis, quae fit a Christianis dicitur causa mortis, aliter legatum pium, vel etiam legatum pro anima, quod similiter discutendum est, & diligenter examinandum, inde omittimus pro nunc quia infra in aliis libris plenius dicemus,



mus, cum delegatis piis recognoscen-  
dis tractabitur. Tertia species magis  
ad vsum est, quam solent fideles ad  
Missam facere pro posse suæ faculta-  
tis, & ad libitum de modo, de qua  
Deus recipit, & considerat plus vo-  
luntatem offerentis quam oblatum.  
14. q. 5. c. scriptum est. testis est vidua  
illa pauperula a domino nostro Ie-  
su Christo laudata, propter duo mi-  
nuta ærea missa in gazophilacium.

3 Luc. c. 21. † de qua specie inueni-  
tur rescriptum Fabiani Papæ ad Hi-  
larium episcopum: oblationes facien-  
dæ sunt in ecclesia diebus dominicis  
& festiuis, de eonf. dist. 1. c. omnis chri-  
stianis, ex causis antea dictis, & ibi gl.  
videtur innuere esse præceptum, dum  
stante necessitate dicit posse provide-  
ri per subtractionem sacramentorum, ad  
hoc vt fideles citius inducantur ad ob-  
lationes, quæ Deo pro vfu, & cõmo-  
ditate suorum ministrorum offeren-  
tur, ipsi. n. orant pro populo. Vnde  
Chris. in acti. Apo. Home. 18. ad pacem  
agricolarum offerre oblationes est vti-  
le, quia venerabilis presbyter erit po-  
stea, & securitatem agri conducet,  
preces illic perpetuæ propter te. lau-  
des, & sinaxes propter te. oblatio per  
singulos dies dominicos, & quamuis  
text. eiusdem c. omnis christianus per  
authoritatem scripturæ Exodi aper-  
te loquatur. † Tamen consuetudine  
4 communiter est receptum, neminem  
talibus diebus esse obligatum de præ-  
cepto offerre, vt aliter peccet. contra  
dictum. gl. Abb. & cæteri in rubr. de  
paroch. Theologi omnes in sum. in  
hoc verb. Ferdin. Paez in repet. cap.  
Missas nu. 143. vsq. ad finem de con-  
sec. dist. 1. in priori parte. Si tamen in  
6 ipsa cathedrali ecclesia. vel etiam in

alia esset antiqua consuetudo offe-  
rendi eam, vt laudabilem faciat epi-  
scopus obseruari iuxta præceptum.  
Innoc. III. in Conc. gen. de symon. c.  
ad Apostolicæ. de qua consuetudine  
item per decem annos accepta dicit  
vnum verbum Marti. Nau. qui cona-  
tus est omnia ad communem vtilita-  
tem tãgere in suo Man. reformato. c.  
13. num. 19. ex quo dicit vnus doctor  
modernus, quod Senenses non pos-  
sunt tollere per statutum oblationem  
solitam fieri in assũptione Beatæ Ma-  
riæ. Abb. in cap. abolendæ de sepult.  
ideo quod per antiquitatem solitum  
est, immutari minime debet arg. l. mi-  
nime. ff. de leg. † Possunt tñ genera-  
liter esse in obligatione, quod cõside-  
rari debet ab episcopo visitante, ex  
quatuor causis, scilicet S. Thom. ead. q. 1.  
cum ratione census, vel superiorita-  
tis id statutum est certis diebus com-  
parere, & offerre, quo maxima est cõ-  
trouersia, diu agitata inter do. Ar-  
chiep. Neap. & presbyteros Turris  
octaui. seu simpliciter offerre, vel ra-  
tione rei, quæ ab ecclesia tenetur, vt  
in omnibus fere ecclesijs cathedrali-  
bus videmus. Secundo stante obliga-  
tione testamentaria, vt de secunda spe-  
cie oblationis patet, & est tex. in cap.  
qui oblationes. 13. quæst. 2. qui obla-  
tiones defunctorum retinet, & eccle-  
sijs tradere demorantur, vt infideles  
ab ecclesia sunt eiiciendi. c. duob. c.  
seq. Tertio stante consuetudine anti-  
qua, vt paulo superius est dictum arg.  
tex. cum gl. C. de sacr. sanct. eccle. l.  
privilegia. Quarto si necessitas in mi-  
nistris ecclesiæ adsit, etiam in episco-  
po, qui est primus parochus totius  
diocesis. c. 1. de paroch. † Si. n. sacer-  
dos non habet ex ecclesia vnde pos-  
sit. viue-



fit vivere, non per subtractionem. Sacramentorum, vt dicit gl. in cap. omnis christianus, quia diceretur grauis iactura, citato c. ad Apostol. sed per medium superioris, qui cogat parochianos ad subueniendum. Fel. in c. veniens. nu. 3. de testib. nam cum se impediat in spiritualibus congruum, & rationi conuenit, quod habeat temporalia, cap. 1. de eccles. ædific. Couar. lib. 1. var. resolut. c. 17. nu. 2. vers. cæterum. Idq. iure nouissimo receptum est posse populum compelli ministrare necessaria pro vita sacerdotis. sess. 21. Conc. Trid. de reformat. c. 4. §. illis autem. † Sed diligenter est providendum ab episcopo, ne ipsę oblationes aliquo pretextu occupentur a laicis, etiam per potestatem secularem. Quicumq. (dicit Paschalis Papa in cap. causa. de verb. signi.) eas per potestatem secularem obtinet, proculdubio contra Deum, & sanctorum Patrum nititur sanctiones: quinimmo, & qui accipit, & qui tradit, raptor, & sacrilegus iudicatur, & glosa addit tertium iudicium furi comparari, & ponitur. 10. quest. 1. cap. sanctorum. & cap. hanc consuetudinem, & hodie si laici usurpare ausi fuerint, anathematis vinculo innodati sunt, nec possunt absolui nisi plenissima facta restitutione, & a Sūmo Pontifice absolutionē habuerint, iuxta decretum Conc. Trid. sess. 21. de reformat. cap. 1. nec lites ortę coram laico debent tractari, sed coram ecclesiastico, cū sint ipsa negotia mere spiritualia. † Neq. obstat opinio Innoc. in c. cum dilectus de elect. (vt dicit do. Petr. 2. par. cap. 7.) vbi vult quod quoties laici agūt de restitutione spiritualium, causa nō sit mere spiritualis, & exinde posset in foro seculari

tractari, quia debet intelligi, quando aliquod immineret periculum, vel ē contra, qm̄ laicus est spoliator, & tractet se manuteneri: cū Princeps difficiliter consentiat laicos coram ecclesiastico conueniri, quod est absurdū in his causis. secus si clericus prætenditur spoliator. cap. 2. de iudic. & sic procedat opinio Innoc. quem omnes sequuntur, nec tamen est cōmunis, vt nouissime disputat Menochius in tract. de recuper. poss. remed. 15. nu. 221. cum seq. neq. insuper possunt prætere possessionē, ex quo obstat ius. ex dictis per Azo. in sum. de acqui. poss. Qui enim vult intentare interdictum recuperandę possessionis. † Requiritur quod p̄enes ipsum possit esse vera possessio. de off. leg. c. consultationibus, de restit. spoli. c. in litteris. & per Menoc. in eod. tract. & hæc est veritas, etiam quod staret consuetudo, quæ non tenet. d. c. sanctorum. 10. quest. 1. Petr. Rebuff. de decim. quest. 7. num. 26. & melius nu. 8. contra Deci. cons. 148. qui innuebat contrarium, de oratoris priuatis, immo, quod est fortius, episcopus non potest consentire, vt laicus habeat dimidiam partē oblationum. cap. si quis basilicam. de consec. dist. 1. Rebuff. not. eod. nu. 28. & tex. memorati Conc. Trid. cap. 11. sess. 22. dicit quascumq. obuentiones, qui tex est notā us, & practicabilis, & vt cōfessionibus deputati nō ignorēt ipsum ad hoc, vt penitētes instruere valeāt, & p̄ absolutione ad Papā mittere, cū sit exōmunicatio reseruata. obligatur, tamen ipsi ecclesiastici accipientes oblationes, facere orationes, obsecrationes, postulationes, gratiarum actiones, pro vniuersis christi-

nis,



nis, offerentibus præsertim. Rogante enim sacerdote pro populo, propitius erit ei dominus. Leui. c. 4. & rogabit pro eo sacerdos, & pro peccato eius, 10 & dimittetur ei. eo. c. 1. Sed circa hoc est attendendū, vt declarat episcopus ipsis sacerdotibus, non omnium oblationes esse accipiendas, quia multorum reijcit ecclesia, tamquam extra ipsam existentium, in detestationem criminis eorum. vt de hæreticis, Iudæis, excommunicatis. dom. Florent. in tit. 12. c. 11. vers. & nota. sic etiam & de oppressoribus pauperum, ibid. per cap. oblationes. 90. dist. de raptoribus probatur de raptor. cap. super eo. & de usurarijs c. quia in omnibus ipso tit. oblationes iniquorum non respicit Deus, sicut ad munera Cayn non respexit Genes. c. 4. quod enim ex scelere offertur in sacrificio Dei, ipsius iracundiam non placat, sed irratat. 1. quæst. 1. c. non est. Rebuff. ead. qu. 3. nu. 31. remittens se ad Marian. Socci. in suo tract. dom. Card. Hosius citato c. 56. adducens affines atrocium criminum, vide aliqua per Abb. in c. ex transmissa, de decim. & in c. cum 11 voluntate de sent. excom. 1. Ipse tamen episcopus oblationes factas in ecclesia cathedrali sibi vendicat, vel in alia ibidem celebrando, ea occasione factas. Flor. vbi supra ex mente. Host. Rebuff. nu. 27. per ipsum conuertendas in reparationem ecclesiæ si egeat. nu. 30. vbi adducit decretale Alex. Tertij, super rub. de decim. quæ decidit quæstionem, & in parochiali ecclesia sint curati, rectorisq. seruata canonica portione episcopo. 10. q. 1. c. sacerdote cum iure com-

muni habeat ipse episcopus quartam partem omnium oblationum obuenientium infra fines sue diocesis, quæ dicitur ipsius parochia. de offic. ord. cap. conquerente. not. Boer. post canonistas in gl. ad tract. de auth. magn. Conc. & Couar. in cap. officij. n. 1. de testam. & dico latius in compendio de iuribus episcopalibus. 1. Hinc succedit illa vulgaris quæstio, quæ multoties accidit. Cuius erunt oblationes factæ imagini depictæ in pariete alicuius priuati, per quam dominus dignatur est facere miracula, & determinatur esse illius ecclesiæ parochialis, intra cuius fines est ipsa domus priuati, de testam. cap. requisiti. Abb. in cap. pastoralis de his, quæ fiunt a Prelat. Fel. in cap. dilectus, vbi multa dicit, de offic. ord. nec episcopus potest concedere domino domus, vbi est imago. Abb. in c. quamuis eod. tit. Rebuff. ead. qu. 3. nu. 29. quod est singulare dictum, idem si sit capella priuata, quod cedat parochiæ Abb. in c. ex transmissa de decim. & notatur ad plures similes quæstiones, & Abb. vide in cad. cum conligat, n. 8. eod. tit. 1. Idq. pro complemento moneat episcopus cunctos fideles teneri ad primam oblationem, scilicet offerre se Deo, ipsumq. laudare, & hæc oblatio secundum Beat. Bern. in sent. triformis esse dicitur affectuosa, vt mens concordet voci, fructuosa, vt ædificationem pariat intuenti, gratiosa, vt placeat conditori, qui gratis dedit, & in ipsa ostendamus constantiam virilem, continentiam carnis, & conscientiam humilem. Idem serm. 3. de purifi. Virg. in fine.



## DE SEPULTVRIS ECCLESIASTICIS,

& quibus ecclesiastica sepultura denegetur.

## CAP. VIGESIMVM QVINTVM.

## S V M M A R I V M.

- 1 **S**epultura curam habere laudabile est.
- 2 Sepultura ecclesiastica quid denotet & quare tradatur. nu. 3.
- 4 Pena est carere ecclesiastica sepultura.
- 5 Sepultura ex quibus dicitur prodesse defunctis.
- 6 Exequiarum pompa an sit laudabilis.
- 7 Sepultura electio est libera.
- 8 Sepelli etiam desideratur apud Romanos.
- 9 Sepultura an impediatur per interdictionem.
- 10 Sepulturam vendere simonia est.
- 11 Sepultura quibus deneganda sit.
- 12 Clerici ubi sepellendi sunt. Vbi de monachis, rectoribus, & alijs.
- 13 Sepellentes hereticos, & excommunicatos qua pena teneantur.
- 14 Ecclesia non debet defraudari quarta funeralium solita solui.

**P**ostquam laudabili consuetudine huiusmodi a maioribus nostris in nostris introducta, corpora defunctorum in ecclesijs sepelli, ut supra cap. 2. de visitatione cæmeteriorum est dictum, laudabile etiam semper fuit reputatum, quemlibet curam habere de sua sepultura, & suorum maiorum dom. Flor. plura exempla recenset in sum. 3. part. 10. c. 1. doctores in l. familiaria ff. de relig. & sumpt. funer. Gul. Bened. in sua lōga repetit. c. Raynutius, in verb. mortuo itaq. testatore, lo primo nu. 61. de testam. quod pium officium, & amicis, & plerūq. inimicos adimpleuisse legimus, & vidimus, & magnos Principes ad suos familiares, & subditos, sic ratio dicitur procurandas esse sepulturas, de quibus in visitatione solent plura occurrere inquiri, cū

aliquibus non passim concedatur, & episcopus declarare debet, si ulq. diligenter videre, si charitatis officia exerceatur, neve aliquod inhonestum, aut simonię suspicio interueniat, ex parte minorum ecclesię, ideo aliquā iuxta solitū suū dicenda. Sepultura in deuoti officii affert quodammodo testimonium bonæ fidei, & vitę, & est locus concauitus in loco ecclesiastico factus, ubi corpus catholici quiescit. l. q. 2. c. nullus. do. Gardin. Aracel. de sacram. panis c. 44. estque locus benedictus, vnde dicitur per omnes in clem. 1. de sepult. duo requirunt, vt corpora mortuorum sepellantur in loco sacro, primo, vt ille locus sit deputatus ad hoc cū certa sollemnitate, Secundo, qd sit p episcopū benedictus. c. ne in lō. de obsequ. dist. 1. & hæc verba applicatur ipsi sepulchro, p prius tamē sepul-



sepulturā dicimus diuinum officium quod mortuo impeditur, dū corpus eius terrae traditur. † Mortuis autem ipsa sepultura ex multis conceditur nam proximi venientes ad ecclesiā, & respicientes sepulchra maiorum recordantur de ipsis, & praeces Deo effundūt. c. cum graua. 13. q. 2. Abb. & alijs in c. 1. eod. tit. Itē quia licet v- bicumq. quis sepeliatur, domini sit terra & plenitudo eius, psal. 23. est tamen secundum statuta sanctorū Patrū, qui sanxerunt corpora mortuorū debere requiescere in locis sacris. in c. fraternitatem per doct. de sepult. & tertio, quia specialiter commedantur patrocini, illorum sanctorum, sub quorum nomine est Deo ecclesia dedicata, & quia de corpore ecclesiae esse cognoscunt, sub cuius protectione et requiescunt, quousq. angelica tuba sonabit: surgite mortui venite ad iudiciū. Matth. cap. 25. de qua voce pauescens S. Hier. dicebat, siue comedam, siue bibam, siue aliud quid faciā, semper insonare videt in auribus meis illa terribilissima tuba, & verba surgite mortui venite ad iudiciū, dom. Car. Aracel. de symbol. Apostol. cap. 32. de comit. vniuers. iudic. Vnde sunt versus ab ecclesia in Missa generali defunctorum.

*Tuba mirum spargens sonum,*  
*Per sepulchra regionum,*  
*Cogēt omnes ante thronum.*  
*Mors stupebit, & natura,*  
*Cum viderit surgēt creatura.*  
*Iudicanti responsura.*

De qua lamentatur patiētissimus Tob. cap. 31. quid enim faciam, cum surrexerit ad iudicandum dominus, & cū quæsierit, quid respōdebo illi?

† De sepultura itaq. pro graui poenā

reputatum est aliquem carere in ecclesia. ff. de relig. & sumpt. fun. l. quod si nulla. Rol. a Valle conf. 20. nu. 27. cum seq. vol. 3.

Vnde Dauid Rex summis laudibus persequutus est eos, qui sepulture tradiderant corpus Saulis sui persecutoris, & Marc. c. 14. Christus Dominus noster voluit corpus suo, et de sepultura prouidere, cum Ioseph audacter introuit ad Pilatum, & petijt corpus eius, vt sepulture traderet, & antiqui pænes quos itē erat pietatis officium, maxime curauerunt id adimplere, et in hostibus. De Annibale inimicissimo Romani Imperij legitur, qd passus nō fuit insepulta iacere corpora Pauli Aemilij, Tyberij Gracchi, & Marcelli. quibus ad stipulatur dictum Varr. de lingu. lat. Potifices solitos esse dicere, familiā ipsius funesta manere, qui in humatus erat. † ipsis enim maxima prouenit utilitas, quia in sepulchris dicitur esse requies christianorū defunctorum, ideo eorū cadauera mitius vexantur ibidē a spiritibus immundis gl. in eo c. graua. & do. Flor. citat. §. 3. & in hoc debet versari ad modum episcopi diligentia, imitando Tobiae officium de quo legitur in eius libro, qd tā intentus erat mortuorū sepulture, vt exinde Deū propitium promeruisse, dom. Card. Hof. de caere. a loc. sumpt. foli 633. nec patiatur mortuorū corpora aliqua causa, aut etiā clericorum differētia diutius detineri, namque, & ipsum opus misericordiae esse sacrae scripturae testantur. immo & lex civilis grauitē ordinauit C. de sepulch. viol. & in euangel. Matth. c. 26. legitur dominum commendasse opus mulieris de unguento pretioso



tiolo effuso super membra eius, atq. ad sepeliendū fecerit, cōsideret singulorū loca, & quibus prouidere necesse sit, vel ex testamētis ipsorū, aut etiā uiuorū actibus, cōpatietur animabus, quæ iā suffragia optant. & vide per Afini. eod. tit. l. 2. §. in totum. † Et licet mos exequiarum modeste, & deuote ab Apostolis post Christū sit inductus dom. Card. Aracæl. de sacr. pæn. cap. 42. in fine, adducens testimonium Dionysij dicentis, cultū exequiarū in sepultura christiano rū fuisse ritū Apostolorū, id tamē ab episcopo est persuadendum, vt euite tur pōpa, & magnitudo funeris, potius ad solatiū uiuorū, & faustū mundi, quam ad animarum refrigeriū vt dixi in tract. de virt. & vit. de morte. cap. 46 in princ. & refert Flor. eodē met c. 1. §. 3. in 3. utilitate. sicuti videmus quotidie fieri, vbi pro anima defuncti aliquando nihil ordinatur, & in comitatu gentium concurius est magnus, ad quos bene dicit dominus. Matth. cap. 8. dimitte mortuos sepellire mortuos suos: si tamen pauper quis moriatur, pauci sunt qui pietatis officium operentur, & in hoc vrget cura episcopi, vt prouideat eum sepelli, cum ipse sit pater pauperū: immo antiquitus de publico funerabantur, sicut exempla adducit idem Afini. in l. si quis sepulchrum, §. sumptus funeris, nu. 145. cum seq. ff. de relig. & sump. fun. quod utiq. cunctis fidelibus, & de christiana religione, recte sentientibus prædicandum est: illius præfati sanctissimi Viri Tobiaæ memorando exemplum, qui relicto prandio ieiunus veniebat ad tollendum corpora occisorū, vt sepeliret, non timens regis mandatum, per

quod exaudita est eius oratio. Tob. 3 & 2. cap. † Ad aliudq. item est attendendum, vt prouideatur etiam sub præcepto, vt quisq. tumuletur, vbi sepulturæ locum elegerit, cum libera sit sepulturæ electio, cap. cum liberū. de sepult. tradit gl. in c. 1. in glo. fi. 13. quæst. 2. cap. 1. eod. tit. lib. 6. vbi cassatur electio, si ad suggestionem alterius fiat, & cum non est facta electio, declaret episcopus sepulturā esse in ecclesia parochiali, vbi sacramenta sunt accepta: alias pēna est restitutionis corporis, & quicquid inde est peruentum ex decreto Alex. 3. in c. ex part. lo 1. de sepult. immo, qui per suaferit mutari, est excommunicatus quia contra voluntatem, & excommunicatione maiori summo Pontifici reseruata absolute de pæn. clem. cupientes, §. sane, de qua meminit Nauar. in suo Man. c. 25. nu. 132. inde tex. eiusd. cap. 1. de sepult. lib. 6. vtitur illis grauib. verbis in virtute sanctæ obedientiæ, ac sub interminatione maledictionis æternæ, de quibus verbis infra suo loco dicetur, aliqua vide per D. Card. Aracæl. de sacr. pæn. c. 44. † Hodie tamen & extra parochialem ecclesiam libenter sepultura eligitur in ecclesijs religiosorum, in quibus dicit gl. in c. 3. de sepult. frequentius diuina officia celebrantur, nec impediri pōt a parochis quibus tñ debetur ius quartæ, quæ e ratione ecclesiæ parochialis debetur nec aliter debent ipsi religiosi ingredi parochiā alterius sine permissione episcopi, vel parochi: nam concessio eius facta est de recipere valentibus eligentes apud ipsos sepulturam: sic tenet Oldra. conf. 81. quem multi sunt sequuti: quamuis alij contra, sed

L tamen



tamen cōcluditur per illā distinctionem, & hanc quæstionem disputant doct. in clem. dudum. §. huiusmodi de sepult. & latius Gemini. in c. 2. n. 20. de constit. lib. 6. nec facit concessio priuilegiōrū maris magni, & bullæ Pij V. Pontif. Max. dum mandat fratres religiosos non prohiberi in associando mortuos. in §. prohibemus, quia ex duobus resoluitur, Primo quod loquitur de associando, cū deferuntur suis ecclesijs, vel inuitentur ad associandum, vel si includat, absq. presentia rectorū ecclesiarū, respondet priuilegia ipsius maris magni, & litterarū prædictarū esse reuocata, & reducta ad terminos iuris communis per sanctissimū D. Do. Gregor. XIII. Pontif. Max. in sua const. incip. in tāta ne gociorum mole. Primo. an. sui Pont. 1572. Vt alibi dico, & meminit eā referens Nauar. in fine sui Man. & sic statur dispositioni iuris, vt in aliena parochia nullus manum immittat. 6. quæst. 3. c. scriptum est. ex tex. eiusdē clem. dudū. §. huiusmodi ad quam vide Fed. de Sen. conf. 154. inci. Ioannes seruus. eam dēq. opinionē, q̄ non possint, sequitur Rebuff. lib. 1. Const. Franc. de sent. exc. ar. 3. gl. 1. num. 3. fol. 338. bonū est tamen ne paroch<sup>9</sup> impediatur, cum sibi de iuribus competentibus consultum sit, per eundem tex. & episcopus cōponat, ne lites oriantur. † Si vero tēpore interdicti loquimur, cauendū est ab episcopo, ne quis ecclesiasticę sepulturę tradatur tex. in clem. 1. de sepult. vbi absolutio denegatur contrauenienti, nisi ad arbitrium diocesanī satisfecerit, q̄ intelligitur, vel in interdicto generali, vel in ecclesia particulari interdicta, vel de aliquibus expressē interdictis doct. in verb. interdictum. Tab. n. 12. §. 5. Sylu. nu. 4. etiam loquēdo de quatuor festiuitatibus anni, ex tex. cap. al ma mater. §. pen. de sent. excom. lib. 6. quia permissum est celebrari, non tamen sepelli, fallit tamē regula dictæ clem. in clericis. qui seruauerunt interdictū, nā cum silentio poterunt tradi ecclesiasticę sepulturę, sine campanis, & sollempnitatib<sup>9</sup>, ex specialī gratia cōcessa per Innoc. Tertiu Pont. Max. in cap. quod in te. de pænit. & remiss. & in alijs secundū cap. priuilegia. de priuileg. dummodo non fuerint ipsi particulariter interdicti, vel excommunicati, aut ecclesię nō fuerint interdictæ, & hæc sūt declarāda tēpore visitationis omnibus presbyteris. † Et per diligētem informationē, & etiā per scripturas Visitās debet inquirere, ne pro mortuis inferēdis, ipsa sepultura vendat, aut pretio concessio facta fuerit. Vnde legitur in Conc. Tribur. c. 16. interdictū sit omnibus christianis terrā mortuis vendere, si simonię labes euitari vult. cap. abolendæ de sepul. dom. Card. Aracel. de sac. pænit. c. 44. Alphons. Aluar. in suo Spec. de simon. c. 62. circa finem & dicit dom. Florē. in sæpius allegato c. §. 3. q̄ Ephron, qui vendidit agrū Abraham, in quo erat duplex sepultura Adam, & Euz, cōmisit simoniā, quia respectu illius sepulchri plus petijt de agro, & in 2. part. tit. 1. c. 5. §. 22. p̄ totum, vbi nec p̄ exequijs, nec tardari debet sepultura: sed laici tenentur obseruare laudabiles cōsuetudines p̄ exequijs inductas. c. ad apostolicā de simon. & c. ad nostrā, & not. in dicto §. 22. & consuluit Roma. conf. 344. in casu propositæ. † Insuper est declarandū non



non omnibus esse concessam ipsam ecclesiasticam sepulturam, sed aliquibus denegari, vt excommunicatis, & interdictis, scilicet nominatim, vt supra est dictum. Iudæis, Paganis, Hæreticis, Schismaticis, manifestis vsurarijs ead. cle. 1. de sepult. Et dicitur manifestus vsurarius, qui conuincitur ex suis scripturis, vel ad hoc publicam tenet mensam paratam, c. 1. & 2. de vsur. lib. 6. clem. 1. eod. tit. mortuis in torneamentis, c. 1. de torn. confirmatum per tex. Conc. Trid. sess. 25. de reform. gen. c. 19. §. qui vero. ponit Sylu. in verbo sepul. n. 9. nec blasphemantes Deum admittuntur, c. 2. de maled. item non cōicantes saltem semel in anno reijciuntur, & non ostendentes signa contritionis per c. omnis vtriusq. sexus, de pæn. & remis. & ille, qui notorie moritur in peccato mortali, c. 2. 13. q. 2. dantur exempla inter alia de eo, qui voluntarie se occidit, sine eo, quod pæniteat: vt declarat A sin. in l. minime, n. 20. ff. de reli. & sump. funer. & est glo. in c. ex parte, lo 2. de sepul. & iuxta superius dicta. ¶ Cum in dubio quis optet se sepelli in sepulchro maiorum, secundum notata per Io. Andr. de sepult. lib. 6. c. animarum. Clerici tamen sepelliendi sunt vbi sunt intitulati (quoniam tamen aliam non elegerunt) Floren. in sum. 3. p. tit. 10. c. 5. §. 1. sic si quis habet præbendam in ecclesia cathedrali, ibidem sepellitur, et quod ei sit annexa ecclesia parochialis: Rector item, suæ ecclesiæ curatæ in eadem: A sin. in l. famil. n. 19. cum seq. vbi etiã de episcopo, eo. tit. de relig. & sump. fun. & in l. 2. §. in locum, n. 79. de monachis non sepelliendis extra mona-

sterium, cui addicti sunt. c. 1. c. placuit 16. q. 1. ad primum. Rebuff. in tract. de reg. seu, lib. baptis. sepult. ar. 5. fol. 320. lib. 2. Const. Franc. ¶ Ad illud autem de excommunicatis non sepelliendis supra, n. 11. est addendum quod sepellens scienter illos, vel hæreticos, aut fautores, est excommunicatus ipso facto, & tot excommunicationes incurrit, quot sunt qualitates sepultorum, & eadem sententia tenentur cooperantes, & associantes, terram aperientes, tamquam participes in crimine, per cle. 1. vbi doct. de sepult. & alius tex. de sepellente hæreticos, in c. quicumq. de hære. lib. 6. examinat Flor. ead. p. tit. 24. c. 5. de quo etiam meminit Nauar. c. 27. sui Manua. nu. 134. & de cle. 1. de sepul. n. 137. excom. 34. vbi dubitat de opinione gl. & aliorum circa associates. ¶ Et deniq. videndum est si ipsa ecclesia cathedralis ratione ipsorum funeralium solita fuerit habere quartam, maxime in monasterijs, quam nunc non possideret, quod provideatur exigi, & in futurum obseruari, vbi ante annos 40. solita fuit præstari, per nouam const. Conc. Tri. sess. 25. de refor. gen. cap. 13. non obstantibus quibuscumq. priuilegijs, etiam mari magno per idem decretum, & alijs litteris adiuuantibus D. N. Papæ. de quibus supra. Quod, & ad ecclesiam parochialem ampliatur. iuxta alleg. e. & de quibus debeat ipsa quarta ead. clem. dudum, §. huiusmodi. & attenditur inde, quod est solitum, quia in his multum operatur consuetudo, Petr. Vbald. plura ponit in tract. de quarta canonica. vbi vide.



DE REPRÆSENTATIONE PASSIONIS  
Christi, & aliorum Martyrum.

## CAP. VIGESIMVMSEXTVM.

## S V M M A R I V M.

- 1 **R**epresentationes passionis Christi, & aliorum Martyrum non sunt de facili permittenda.
- 2 Christiani debent imitari passionem Christi.
- 3 Tria sunt meditanda in passione Christi. Et talis meditatio tria pro ducit num. 4.
- 5 Abusus aliquorum in sollemnitatibus martyrum abijciendus est.
- 6 Martyr quis dicatur.
- 7 Martyres sunt testes passionis Christi.
- 8 Martyrium quando suppleat vicem baptismi.
- 9 Martyrium quādo fit in precepto, & quando in consilio.
- 10 Necessaria quot sunt ad Martyriū. Franciscus beatus quantum optauit martyrium. ibid.
- 11 Thomas Cantuariensis episcopus, gloriosus martyr. ibid.
- 12 Christus fuit martyr.
- 13 Charitas est necessaria ad martyriū.
- 14 Deus non deest inuocantibus se.
- 15 Iniuria fit martyri orare pro eo.
- 16 Martyrum sollemnia cur a Christianis celebrentur.
- 17 Martyrium non est extra ecclesiam.
- 18 Heretici sunt martyres Diaboli.
- 19 Oratio quadraginta horarum qualiter sit facienda.

**C**Vm infelicitas temporis induxerit, vt quæ a maioribus nostris ad augendā Christianam religionem, & populi deuotionem fuerunt induta, per indeuotos ad ludos, & tragedias seculares, & vt placeant populo accommodata sint. † Vt exinde episcoporum vigil cura fit, ne repræsentationes Passionis Domini nostri Iesu Christi, & sanctorum suorum, Martyrum certaminum passim omnibus permittantur, qui ausi sunt personatis histrionibus, ac deliramentis, & ludibrijs infertis, publice, & priuate facere, non solum in prophanis locis, sed etiam sacris, (& vtinam

non etiam loca ipsa sacra prophanantes) & inde aspicientibus non deuotio, sed risus, & vocum applausus eueniat. Ideo attente est videndum, omnibusq. mandandum, ne absq. licentia amplius fiant: & quæ ex sua prouidentia viderit religioni, ac pietati conuenire, & animarum saluti expedire, potest deuotis personis concedere: singula prius ipsius actus verba moderando, & diligenter præscrutādo, ne quid indecens audiatur, eo tunc, qñ sub velamine honeste præhensionis sit inclusa detractio, vt multoties est visum, nec ipsis finitis, saltus, cantus, impuritas; & ludi theatrales audiatur. c. cantātes, 92. dist. c. cum



cum decorem, vbi glo. not. de vit. &  
 honest. cler. † Sed ea est pastoris vigi-  
 lantia, & concionatorum verbi Dei  
 hortari fideles omnes exemplis san-  
 ctorum meditari ipsam passionem  
 Domini Nostri Iesu Christi toto  
 corde, qui pro nobis tanta passus est,  
 qui peccata nostra ipse pertulit in  
 suo corpore super lignum Crucis. 1.  
 Petr. c. 2. Isai c. 53. ipse .n. vulneratus  
 est propter iniquitates nostras, attri-  
 tus est propter scelera nostra, appli-  
 cādo omnia eius myſteria ad nostrū  
 spiritualem profectum, D. Card. Ara-  
 cæl. de symb. Apost. c. 22. in ipsaq. qui  
 libet inuenit sapientiam, qui indiget,  
 postulet ab ipſo. 1. Iacob. & philoso-  
 phiam, perfectionem iustitiæ, cū ipse  
 sit fons iustitiæ. c. 6. sess. 6. Conc. Triden-  
 den. de iustific. plenitudinem scienti-  
 æ. Deus scientiarum Dominus est.  
 1. Reg. c. 2. diuitias salutis, & copiam  
 meritorum, Apost. ad Rom. c. 1. ò al-  
 titudo diuitiarum sapientiæ, & scienti-  
 æ Dei. Nec est sublimior philoso-  
 phia, quā scire Iesum, & hunc crucifi-  
 xum. Bern. super cant. ser. 43. in fine,  
 in quo est omnis plenitudo diuinitatis  
 corporaliter. ad Collof. c. 2. & in  
 hoc persuadere oibus, q̄ ipsa confi-  
 deratio facit christianū pergere ille-  
 sum inter prospera, & aduersa huius  
 mūdi ad Rom. 11. gaudete cū gaudē-  
 tibus, flete cū flētibus, & magis incū-  
 bit actus ipsos passionis Christi medi-  
 tari. † Et q̄ ipsi christiani in passione  
 Christi tria meditētur, opus scilicet,  
 modū, & cām, in opere cōmendatur  
 patientia, iuxta prophetā, dinumera-  
 uerunt omnia ossa mea, & sicut ouis  
 nō aperiēs os suū ductus est ad occi-  
 sionē. isa. c. 53. vnde ecclesia cōtēplās  
 hoc mysteriū in eius passione dicit.

*Hic acetum, fel, arundo,  
 Sputa, clauis, lancea,  
 Mite corpus perforatur,  
 Sanguis vnde profluit,  
 Terra, pontus, astra, mundus,  
 Quo lauantur flumine.*

Quam passionē in tāta patientia con-  
 tra indeuotos, & ingratos considerās  
 Philip. Cæcel. Paris. in persona Chri-  
 sti, vt refert S. Bonau. in 3. dist. 16. ar.  
 vlt. q. vlt. inquit, ò homo, vide, quæ  
 pro te patior, nō est dolor, sicut quæ  
 crucior, ad te clamo, qui pro te mō-  
 rior, vide pœnas quibus afficio, vide  
 clauos, quibus confodio, vide lācēā,  
 cum qua transfigor, & cum sit tantus  
 dolor exterior, extat interius plāctus  
 prægrauior, te cum ingratum tantū  
 experior, ex illo Hierem. thre. 1. & ps.  
 58. In modo humilitatem: humiliavit  
 semetipsum factus obediens vsq. ad  
 mortem, mortem autem Crucis. 1. ad  
 Phil. c. 2. In causā vero charitatem.,  
 Io. 15. maiorem charitatem nemo ha-  
 bet, ipse de spiritu suo dedit nobis.  
 Io. in sua 1. epist. c. 4. 11. q. 3. cap. abijt,  
 & in ead. epist. & c. in hoc apparuit  
 charitas Dei in nobis, quoniam ille  
 pro nobis animā suam posuit, & nos  
 debemus pro fratribus animam po-  
 nere. Ber. ser. 4. maior. hebdom. oportet.  
 n. misereri conserui nostri, sicut  
 & dominus miseretur nostri: in c. 13.  
 apud Matt. † Sic populus instruitur,  
 potius, quam spectaculis, declarando  
 etiam fructum prouenientem ex me-  
 ditatione passionis Christi. Vnde di-  
 cit Flor. in 4. tit. 3. cap. 7. §. 4. q̄ pri-  
 mo sanat nos a languore tristitiæ,  
 nāq. aduersa huius mundi suffocant  
 adeo mentem humanā, vt pœne de-  
 speratio sequatur, ex quo pōt addu-  
 ci ad propositum dictū B. Gregorij,



fi Christi passio ad memoriam reuocetur, nihil adeo durum est, quod non æquo animo feratur, & Apostol. ad Hebr. 12. recogitate eum, qui talem sustinuit a peccatoribus aduersus semetipsum contradictionem, ut ne fatigemini, animis vestris deficientes. Item confortat ad patientiam, per illud Petri. 1. c. 4. Christo passio in carne, & vos eadem cogitatione armamini: fuit enim Christus omnium patientissimus. Isa. c. 50. in persona ipsius. Corpus meum dedi percutientibus, & genas meas vellentibus: faciem meam non auerti ab increpantibus, & conspuentibus in me, ideo est speculum patientiæ, & præmium patientis. Item consolatur patientes. Apost. 1. ad Cor. c. 10. Fidelis Deus, qui non patietur vos tentari, supra id quod potestis, sed faciet cum tentatione exitum prouentum, & in cap. suggestum, 7. q. 1. Non vos charissimi a piæ mentis proposito afflictionis amaritudo coereat recedere, considerantes quanta Deus, & dominus noster Iesus Christus pro nobis pertulerit, quibus uel contumelijs pro nobis afflictus fuerit, ut nos a iugo diabolicæ seruitutis eriperet, & ut chirographum contra nos existens deleteret. ad Colof. cap. 2. & Mich. c. 5. in virga percutient maxillam iudicis Israel, ad nostrum exemplum ut patienter feramus iniurias, inferentibusque parcamus. eccl. c. 28. relinque proximo nocenti tibi, & tunc depræcanti tibi peccata soluentur, & c. 10. Viæ ad mortem, sunt eorum, qui iniuriæ memores sunt. Item exagrandum est contra aliquos indeuotos, qui in Natalitijs martyrum admodum abutuntur, exercentes se in commensationibus, & ludis, cum inde su-

mere deberent modum certandi cum Diabolo, & eius spiritibus; errat enim qui putat sine pugna posse vincere, & sine certamine triumphare. Aluar. Pelag. de plant. eccl. lib. 2. c. 49. in fin. nec coronabitur. nisi qui legitime certauerit, Apostolus testatur. 2. Tim. 2. in posteriori ad Tim. cap. 4. bonum certamen certavi, cursum consummaui, fidem seruaui, in reliquo reposita est mihi corona iustitiæ, quam reddet mihi dominus in illa die iustus iudex, non solum autem mihi, sed & his, qui diligunt aduentum eius: sed hodie ad id deduxerunt rem, ut cum alicuius martyris gesta præsentare populo uoluerint, omnia cogitent, præter honorem Dei, & salutem animarum, ibi rixæ, ibi tumultus, ibi sedendi scandala, & iniuriæ ut iam ad ludos antiquorum Megalenses, funebres, plebeios, & Apollinares deuentum videatur, ut exclamat Gabr. Praetol. lib. 2. calamit. nostr. tempor. Vnde de possumus cum Apostolo quæri, o insensati Christiani, quis vos fascinauit recedere a ueris semitis christianæ religionis, ad Gal. c. 3. quem fructum habuistis tunc in illis, in quibus nunc erubescitis. ad Rom. c. 6. Ideo debet episcopus sollicitus esse, ne domus Dei, aut gesta sanctorum foedentur, grauius igitur prohibeat, sed fidelibus mentibus per se, uel alium pium religiosum, potest multa de ipsorum sanctorum martyrum gestis, & fortitudine deuotissime exponere. † Et primo quod non quilibet suo modo est martyr, sed dicitur altero de quatuor modis. Primo qui pro conseruatione legis Dei moritur, sicut fuerunt Machabei, ut in eorum libro legitur. de quibus dicit sanctus Gregor. Nazianz. quod digni



digni sunt, vt ab omnibus honorentur, quia pro patrijs legibus, & institutis fortes, constanteq. se exhibuerunt, sic Eleazarus fortiter se prębuit lib. 2. Mach. c. 6. & seq. septē fratres vna voce dixerunt, quid quæris? & quid vis discere a nobis? parati sum? mori magis, quam patrias Dei leges præuaricari: sic credebat facere Paulus Apostolus ante suam vocationē, existens grandis æmulator suarū patrum traditionum ad Gal. c. 1. Item secundo dicitur martyr, qui p veritate prædicationis moritur, vt Hieremias, & ceteri Prophetæ Matth. c. 23. Hierusalē, quæ occidis Prophetas, & lapidas eos, qui ad te missi sunt. Tertio qui loco ipsius Christi moritur, vt infantes Herodis impij iussu occisi. Matt. c. 2. Apoc. 14. Vnde sunt dicti Innocentes ratione vitę quia in tali ætate, q̄ nulli nocuerūt, nec peccatū actuale habebāt, & ratione pœnę cū innocēter, & iniuste passi fuerunt iuxta illud effuderunt sanguinē innocētē. Vox in Rama audita est, ploratus, & ululatus multus. Hierem. c. 31. & ratione innocentia affequentæ, cum in ipso martyrio haberint baptismalē innocentia, qua Herodis immanissima crudelitate audita, Cæsar Augustus (vt referūt doctores) dixit, mallē esse Herodis porcus, quam filius, quia porcis parcat, & filios occidit Gul. in hac festiuit. col. 5. Itē, & quarto, qui pro confessione fidei, & passionis Christi vitā finit, vt Petrus, Paulus, & alij sancti Martyres noui testamenti. † Vnde, & ipsi dicuntur testes passionis Domini nostri Iesu Christi, quorū reliquias omnes, fideles veneramur, vtiliter eorū memoriā frequentantes; nāq. ipsi

regnantes cum Christo, orationes p nobis Deo offerunt: iuxta declarata in Concil. Triden. sess. 25. in prin. sub tit. de Inuoc. & reliq. sanct. & dictū est supra cap. 8. num. 7. cum seq. Inde dictum est martyriū voluntariis mortis tolerantia, propter fidem Christi. Viguer. de actib. fortitud. §. 1. vers. 1. in quo tractat de professione, & effectu, & præmio, de primo est text. Euang. Matth. c. 10. tradent enim vos in Cōcilijs, & in Synagogis suis flagellabunt vos, & ad præsides, & Reges ducemini propter me in testimonium illis, & gentibus. S. Antoni. plura ponit in sum. 4. part. tit. 3. c. 3. † Est enim martyrium tantæ virtutis, & Deo placitum, vt plerumq. vicem baptismi suppleat: dum ad celebrandum baptismi mysteriū, propter angustias tēporū adulto succurri nō potest, quin ab alio mors referat, sic & de infantibus occisis ex Beato Cypriano docet Domin. Card. Hosius de sacr. bapt. cap. 35. & pulchre Bernard. scribēs Hugoni de sanct. Vict. epist. 77. Sylu. verb. baptismus, vers. 1. declarat Dominicus de Soto. post S. Thom. in 4. distinctio. 3. quæst. 1. art. 1. cum seq. licet non proprie Sacramentū. Mart. Nauar. in suo Man. cap. 22. numero 5. victoria de baptismo, quæst. 2. † Item præstat scire, quando martyrium sit in præcepto, & est quantum ad animi præparationem, potius velle mori, quam fidem velle deserere, aut mortaliter peccare. Item quo ad effectum, id est ad ipsum actualiter perferendum, imminente necessitate, ad fidem, bonitatem bonorum conseruandam, abiecta falsa opinione Helicitarum hæreticorum, qui

Y 4 dicebant



dicebant Christū in tormentis posse ore negari, modo credatur corde, vt eā opinionē dānauit Fabianus Papa in Cōcilio Romæ celebrato. quia debet semper Christum confiteri, nulloq. obstantē metu mortis perturbari, sic tenetur spiritualis, & perfectus homo facere cap. ne quis. 22 q. 2. vbi August. de mendacio loquitur. (An autē faciēs, vel dicens aliquod hæreticam metu mortis, & tormētōrū sit vt hæreticus iudicandus, multa sunt dicenda, quæ ponunt Alber. de agnosc. assertionib. cathol. & hæret. q. 30. nu. 6. Simancas in catho. instit. tit. 17. nu. 29.) In consilio est martyriū tantum, quando ex eo, nihil amplius quā Dei gloria, vel fidei exaltatio cōsequitur: tenere autē martyrio se offerēs, sine aliqua causa, vi præcepti, vel consilii obligante, mortaliter peccat, prout prædicta notat Mar. Nau. in suo Man. c. 11. n. 40. ex S. Tho. 2. 2. 10 q. 124. art. 1. † Addēdo requisita necessaria ad martyrium, voluntatem quippe: Christus enim voluntariū sibi militē eligit. c. non est. 15. q. 1. vnde dicit gl. de pæn. dist. 1. c. nūquid. martyre etiam dici cupientem pati martyrium animo, licet actu nō patiatur, quia per se non remanet, sicut de Seraphico Francisco legitur, qui cupiens dari sibi aliquā martyrij occasionē, in Siriam nauigauit, de sancto Martino canit ecclesia, o Sanctissima anima, quā & si gladius persecutoris non abstulit, palmam tamen martyrij nō amisit. do. Card. Aracæl. de symb. Apost. c. 42. post princ. item requiritur subistentia passionis, cū puritate conscientiæ, si intrepidi sanguinem funderimus, dicit tex. in c. vi de quantū. 1. q. 1. Item bonitas cause

1. Petr. c. 4. nemo vestrum patiatut quasi homicida, aut fur; quia virtutis opus est in fidei testimonium se morti offerre. Couarr. vari. resol. lib. 1. c. 2. num. 9. Item pro conseruanda libertate ecclesiæ, suscipitur martyriū exemplum nobis reliquit Gloriosus martyr THOMAS Cantuariensis episcopus. dicens: ego pro ecclesia, libenter subibo mortem, nolens regi Angliæ consentire, qui leges dederat repugnantes vtilitati, & dignitati ecclesiasticæ, vnde sanctum, & reuerendum virum vocat Alex. Tertius sum. Pont. in cap. sicut dignum. lo 1. de homicid. Item propter redargutionē iniquitatis, sicut fecit Ioan. Baptista in Herodē c. vnusquisq. 22. quæst. 4. supra c. 17. nu. 20. † Itē etiā, & propter solam charitatē, vt Christus dominus noster, qui propter nimiam charitatē, qua dilexit nos, dicitur martyr, & caput martyrum. Aug. in ser. 2. de sancto Steph. cuius passionēs fuere grauiorēs, quā omnes totius mundi. o vos omnes (testatur ipse per Proph. Tibe. 1.) qui trāsitis per viam, attendite, & videre, si est dolor sicut dolor meus. de quo dicit Bern. Christo debemus vitam nostrā, quia ipse pro nobis suam posuit, in serm. de quadr. cel. martyria mundo passionem, & mortē substinendo. Io. c. 19. domi. Card. Aracæl. de symb. Apost. c. 42. in princ. vbi multa de martyrij animo, licet actu nō substineant. † Quod autē charitas in hoc maxima sit, testatur Apostolus 1. ad Cor. cap. 13. si tradidero corpus meū ita vt ardeam, charitatem autem nō habuero, nihil mihi prodest. exponit August. in cap. fin. de pæn. dist. 3. quia fructus spiritus, charitas est, ad Gal.

Gal.



Gal. 5. cap. & 1. Ioan. cap. 4. perfecta  
 charitas timorem (qui solet impedire  
 martirium) foras mittit, ex eo, quia  
 timor pœnam habet, & ipsam fortio  
 rem morte omnes sancti testantur, &  
 martyres præbuerunt exemplum, di-  
 scurrunt dom. Card. Hosius in libr. con-  
 fess. cap. 67. & si non perfecta chari-  
 tas, cum etiã in statu peccati morta-  
 lis possit subiri. Tho. 4. lib. 4. art. 19.  
 Nau. in Man. cap. 11. n. 40. in fine, sed  
 tamen exigitur, quia cum charitas in-  
 clinet ad contemptũ omnium terrene-  
 rum, non aliud quærit, nisi solum Chri-  
 stum, pro cuius nomine pati, quã dul-  
 ce est. Audi Beatum Laurentium in  
 craticula ardenti positum, quid di-  
 cat ad impiissimum tyrannum. Di-  
 lce miser, quanta est virtus Domini,  
 nam carbones isti non dolorem, sed  
 refrigerium mihi præstant, iam assa-  
 tũ est, versa, & manduca. Quæ ver-  
 ba quanto magis considero, tanto  
 magis admiror, non cessans laudare  
 Deum, qui & ipsi Beato Laurentio,  
 & tribus pueris missis in fornacem  
 ignis ardentis, cum iussio Re-  
 gis vrgebat, & fornax succensa esset  
 nimis, gratiam dedit, vt flamma eos  
 non tangeret, sed darent gloriam  
 Deo, etiã & ipse Nabuchodonosor  
 Rex obstupetactus miraculo Dan.  
 c. 3. ex quo decreuit in Regno suo, vt  
 quicũq. blasphemaret Deũ Sidrach,  
 Misach, & Abdenago pœnis debitis  
 13 subiaceret. † Nam Deus omnipotēs,  
 cuius propriũ est misereri, & parcere.  
 psal. 24. Reminiscere miserationum  
 tuarũ Domine, & misericordiarũ tua-  
 rum, quæ a seculo sunt. & psal. 144. Mi-  
 serator, & misericors Dominus pa-  
 tiens, & multũ misericors: numquam  
 deest inuocantibus se. psal. 86. Quo-

niam tu Domine suavis, & mitis, &  
 multæ misericordiæ omnibus inuo-  
 cantibus te. Vnde confitenda sunt a  
 nobis peccata nostra, & inuocandũ  
 nomen eius ad misericordiã: si con-  
 fiteamur, inquit Ioan. in 1. cap. 1. pec-  
 cata nostra, fidelis est, & iustus, vt re-  
 mittat peccata nostra, & emundet  
 nos ab omni iniquitate, omniq. tem-  
 pore faciendum, & in vita, & in mor-  
 te. Ezech. 18. 33. de pœnit. dist. 1. c.  
 sufficit. 26. quæst. 6. cap. si presbyter;  
 vt de bono, & fortunato latrone di-  
 cimus, qui damnatus morti pro suo  
 crimine; tam alta philosophia Chri-  
 stũ confessus est, vt eũ, filiũ Dei, & in  
 cælis regnaturum, confessus est pec-  
 catũ ex corde, & sperando, quæsiuit  
 veniã, Memento mei Domine, cum  
 veneris in regnũ tuũ, quem Christus  
 de cruce in Paradisum tulit. Luc. c.  
 23. glo. per illum tex. de pœnit. dist.  
 1. cap. importuna, vbi fecit homici-  
 dij pœna martirium, & glo. decla-  
 rat dictum, quia non pœna, sed cau-  
 sa facit martyrem do. Card. Aracæl.  
 de symb. Apost. c. 42. post princ. Nã  
 cor contritũ mutauit pœnã in marty-  
 riũ, & sanguinẽ in baptismũ, in mo-  
 mento impietas Religionem, Crude-  
 litas induit pietatem, & itatim con-  
 sumatus ciuis sanctorũ, & domesti-  
 cus Dei, permissus est in Regnum,  
 idem dom. Cardinal. ex Beato Cy-  
 priano. de fac. pœnit. circa med. Cor,  
 & linguam tantum habeat hic bonus  
 latro, & tamẽ ipsa duo Deo obtulit.  
 Quia, corde credidit, & ore confes-  
 sus est. Ad Rom. cap. 10. Peccatura  
 enim agnouit, Iusticiam Christi con-  
 fessus est, nec desperauit, quam-  
 uis latro salutem; dum alter in-  
 pius latro, non agnoscens suum  
 creato-



creatorem, in blasphemias prorūpit,  
 & denique desperans de aliqua salu  
 te, & in damnationē inferni irruit, o  
 bone Iesu misericors, & iustus, miseri  
 corditer vnum accepisti, & iuste alte  
 rum reliquisti, psalm. 39. Iustitiā tuā  
 14 non abscondi, nec misericordiā. † Et  
 quoniam visum est aliquos prædicta  
 non considerasse, vnde voluerunt p  
 ipsis sanctis Martyrib<sup>9</sup> orare ad Deū,  
 ideo sunt instruendi, vt ipsos Marty- 15  
 res laudemus, & honoremus, non tam  
 en pro eis orādo. iniuriam. n. facit  
 martyri, qui orat pro ipso. cap. cum  
 Marthæ. §. fin. de celebr. Miss. domi.  
 Cardin. Hosii. de Sacram. Euchar. cap.  
 42. vbi etiam adducit multa: nāque  
 post Apostolos, & prophetas, domi  
 num Deum laudat martirum candi  
 didatus exercitus, scribit Cassa. in sua  
 glor. mund. 3. part. confid. 33. quia cū  
 anima exit de corpore, habet suum  
 particulare iudicium, vt in quo statu  
 inuenitur, iudicetur. August. in lib. de  
 die iudic. si enim in statu gratiæ, assu  
 mitur in paradysum, si damnationis  
 in infernum, si autē in gratia, non tamē  
 cōpleta pænitentia ad purgato  
 rium, quousque satisfecerit vniuersum  
 debitum. Matth. cap. 18. reddēdo  
 rationem de quolibet verbo ocioso,  
 ibid. cap. 12. Sed cum ignoramus cer  
 titudinem exitus, rogamus Dominū  
 pro animabus: refert tamen domin.  
 Cardi. Aracæl. de Sacram. extrem. vn  
 ctio. cap. 46. ex Franc. de sanct. Ansel  
 mo, quod de confidentia salutis mo  
 rientis possunt esse sex signa. Primū,  
 si credit ea omnia, quæ sunt fidei chri  
 stianæ, & determinata ab ecclesia. Se  
 cundum, si gaudet, & letatur, quia  
 moritur in fide Christi. Tertium si  
 cognoscit, & confiterur se Deum

grauiter offendisse. Quartum si dolet  
 eum lesisse. Quintū si proponat, si su  
 peruixerit abstinere a peccatis, maxi  
 me mortalibus, & vltimo si credat,  
 & speret se saluari meritis Christi, vn  
 de ad propositum, sanctos inuoca  
 mus, veneramur, & imitari debemus.  
 ipsi enim sciunt orationes nostras, &  
 Deum pro nobis propitium reddūt.  
 S. Gregor. lib. 4. dialog. cap. 32. & in  
 fra alio loco dicitur. † Ex quo dicit  
 idem Domi. Card. Hosii. eod. cap. 42.  
 quod ideo ecclesia christiana conce  
 lebrat sollempnia martyrum, vt in no  
 bis excitetur imitatio ipsorum, & eo  
 rū meritis cōsociemur, & orationib<sup>9</sup>  
 adiuuemur, & faciant, quæ de imagi  
 nibus diximus supra cap. 9. num. 2. si  
 cut legitur de passione gloriose Vir  
 ginis, & martyris Catharinæ cum a  
 Maxentio Imperatore, immanissi  
 mo tyranno occideretur varijs tor  
 mentis, dixit, quæcumque tormenta  
 potes excogitare, ne differas, quia car  
 nem, & sanguinem meum Christo  
 offerre desidero, sicut ipse pro me  
 obtulit, refert dom. Flor. in 3. tit. 31.  
 cap. 9. §. in fine, & §. 3. de vtilitate ip  
 sius martyrij, vbi vide. † Sed illud  
 multum conducit, & est oranibus de  
 clarandum, quod extra ecclesiā nul  
 lū est martyriū, vt optime scribit ipse  
 domi. Card. Hosius, de hæres. nostr.  
 temp. lib. 1. nam ad regnū peruenire  
 non poterit, quia eā, quæ regnatura  
 est, dereliquit, cum principaliter cau  
 sa faciat martyrem, vt supra est di  
 ctum, & latius cap. 23. num. 23. quia  
 quicumque sunt sancti, non nisi in  
 tra ecclesiam Dei, neque foris vltra  
 ipsam potest esse aliqua species san  
 ctitatis: Domi. Card. Aracæl. de sym  
 bol. Apostol. cap. 36. & in cap. 38. ex  
 tra



tra ipsam, etiam propria benefacta, quamuis eximia, non conducunt aliquem ad salutem, quia non potest habere Deum patrem, qui non habet ecclesiam matrem, in qua sola est remissio peccatorum. August. de symb. ad Cathec. lib. 2. cap. 6. hæc est fides Petri, quam omnes fideles sequimur. Licet heretici dicantur martyres, sed Diaboli, quia non oportet omnino christianum derelictis martyribus Christi abire ad falsos martyres. hi enim alieni a Deo sunt, & quicumque abire voluerit anathema sit: dicitur in c. 34. Conc. Laod. quod licet fuerit prouinciale, fuit tamen confirmatum in sexta synodo generali: quæ in Trullo est celebrata, cum anathema sit omnis hereticus. c. 3. Conc. magni Lateran. sub Innoc. III. sess. 25. Conc. Trid. de reformat. gener. capit. 2. ideo repellendi sunt ipsi ab omni communicatione christianorum cap. si. de hæret. lib. 6. tanquam animal pestilentissimum: Conr. Brun. de hæret. lib. 6. c. 2. Simanch. de hæret. tit. 45. num. 4. adducit rationem, quare hæretici ad mortem libenter vadunt, qui adducti, a Diabolo, permisso etiam corde possidere, ex Bern. super cant. ser. 66. Vnde Cypr. martyr. lib. 4. epist. 1. loquendo de eorum martyrio inquit. Apostate vero, & desertores, vel aduersarij, & hostes, & Christi ecclesiam dissipantes, nec si occisi pro nomine foris fuerint, admitti, secundum Apostol. possunt ad ecclesiam pacem, quando nec spiritus, nec ecclesiam tenuerunt unitatem, cum ambulauerint in vani

tate sensus sui, tenebris obscuratum habentes intellectum, alienati a vita Dei per ignorantiam, quæ est in illis propter cæcitatem cordis ipsorum eodem cap. 4. ad. Ephes. † Postremo est accedendum ad visitationem orationis, quam quadraginta horarum dicitur, quæ, & frequenter his temporibus in ecclesijs principaliter fit, ut aduertantur multa adnotata in synod. prouin. Mediol. p. 2. fol. 30. vers. 4. cum seq. cum generaliter noctis tempore orandi facultatem in ecclesijs episcopus permittere non debeat, propter inconuenientia multa, hæc tamen fiat de sua licentia, & decenter debitis luminaribus ante sanctum Sacramentum altaris, & videantur quam prius solitæ orationes, de nocte fores claudantur, nec mares simul orent cum fæminis, neque ultra primam stationem prorogetur sine licentia ipsius, ac demum præpositi sint honesti, & catholici, de quibus nulli timor possit esse, quod non sapiant ipsam christianam religionem, nec quæstores proinde permittantur, sub specie candelas exigendi, præces in ipsa oratione mercantur pro ut sapiens prælatus videbit, hæc possunt fidelibus denuntiari, quæ si audierint, & custodierint, non dubium, quin prælatus fructum centesimum lucrabitur, hoc est denarium laboris nostri. Matth. cap. 20. qui est ipsa felicitas æterna, ad quam nos perducatur, qui regnat in secula seculorum. Amen.



172 DE VISIT. ET REGIM. ECCL.  
DE SEDIBVS IN ECCLESIA, AN SINT

laicis permittendæ.

CAP. VIGESIMVMSEPTIMVM.

S V M M A R I V M.

- 1 **E**pisopus in ecclesia debet tollere  
abusus ortos, maxime in laicorum sedibus.  
2 Sedere honor est.  
3 Laici an possint prescribere ius sedendi in Ecclesia.  
4 Aduocati non sedēt cum Iudicibus in Curia.  
5 Res sacra in bonis nullius sunt.  
6 Patronus ecclesia prefertur ceteris.  
7 Ecclesia abudatim tenetur patrono.  
8 Ecclesia vacantis ius attentare presumens, qualiter puniatur.

**S**anctus Augustinus scribens ad Aurel. monet episcopum. † Qualiter abusus ortos tollere debeat, vt in spiritu lenitatis, & mansuetudinis, nō aspere incipiat, aut duriter imperioso modo, sed potius exemplis, docendo, monendo, quam minando, at vbi pietas non vincit, ad flagellum deueniendū est, sicut Christus dominus noster fecit. Matth. cap. 21. Ioan. cap. 2. quod in multis veriat, vt supra dictū est, idq. maxime in sedibus laicorum in ecclesijs, in concionibus, & alijs, ex quibus visum est, scandala, iniurias, inimicitias oriri, etiam ad arma peruentum, sic omnes potentes videri volunt, vt non erubescant ecclesiam totam occupare, immo ante sanctissimum Sacramentum altaris? multi multa sciunt, & se ipsos nesciūt? quilibet prætendit sedem eleuatam, vt iā videatur esse accessum causa ambitionis, non diuina deuoto corde audire, ecclesia occupatur, clerici in-

queūt eorum officium peragere, capellæ impediuntur, & omnibus aspectus Sacramenti prohibetur, hæc prophanantia locum Dei reijcienda sunt semper ab episcopo, iuxta cap. 2. de custodi. Eucha. dixit enim dominus ad Moysem. Exod. cap. 3. non appropries huc, solue calciamentum de pedibus tuis, locus enim in quo stas terra sancta est; ideo sunt aptanda, vt ecclesia libera sit omnibus, & ad eam venientibus aliqua commoditas præstetur, idq. in concionum tempore, vt rumores euitentur, nec quid indecens videatur. † Et licet honor sedere in persona dicatur, potius, quam stare. Psal. 109. sede a dextris meis. Ioan. Montol. de auctori. magni Concil. num. 41. sedere quippe circumstante exercitu, vigor est disciplinæ regiminis, dist. 45. capit. disciplina in fine, hoc tamen diuersimode secundum loci qualitatem accipiendū est, habet namq. suas regulas ecclesia, qñ sedendum, & quando standum, quando



quādo item genuſteſedum, quæ omnia populo ſunt declaranda. Id tamen moderate, ne virtutes vitia appareant, aut vitia (quod peius eſt) virtutes velint videri, vt dicit in alio propoſito Bernard. in Apolog. ad Gul. Abb. & blandis ſermonibus. vtendū. niſi enim virtus reguletur ſua medio critate, corrumpitur, cum itaque ad extremū accedit, peccare dicitur, vt de virtute ad vitium fiat tranſitus, ſupra cap. 3. nu. 17. qui tamen honor decet, vt magis præſtetur ratione virtutis, quam alicuius dignitatis mundanæ, ex Phil. 4. Ethic. c. 8. quod hodie Principes ſeculi, & domicelli non admittūt, in quo eſt labor & patientia prælatorum. † Vnde cōſuetudo in ipſo ſedendi abuſu non debet admitti, vt aliqui ſedeant ex iure prætenſo, vel certi ad partē chori poſſint accedere alijs excluſis, cū laici tale ius ſedendi in eccleſia præſcribere ne queant, (& epiſcopus ipſe, cui eccleſiæ cura commiſſa eſt, tollere ſemper debet) nec pro ſeruitute ſibi uēdicare l. caueri. ff. com. prædior. & notāt aliqui in c. quāto, de iudic. ſylu. in ver. ſepultura. nu. 3. eo magis cū clericis officiātibus, cum quibus ſtare nō debent, cap. 3. Conc. Turon. per. l. 2. C. de ſacr. ſanct. eccl. quāuis Bald. ibidem dixerit cōſuetudinē nō ſeruari, nec ſanctum altare ingredi, cap. 69. 6 Concil. 6. Conſtant. & affert plura Caſſan. in ſua gloria, 4. p. per tot. & 4. confid. 75. † Sicur, & in temporalibus obſeruatur, ne aduocati ſedeant cum iudicibus, ex §. ſancimus, in authent. vt ab illuſt. & qui ſupr. & l. ſi quis, ff. de poſt. & Ieſu aſcendente in monte, cum ſediſſet, acceſſerunt diſcipuli, & aperiens os ſuum docebat

eos. Matthæ. cap. 5. non dicitur ſcripturæ, & ſederunt diſcipuli, quia locus ſedendi debet eſſe cōſpectior, & locus decernendi, & docendi, in alto poſitus, l. 2. C. de præfet. præ. lib. 12. vbi ad multa notat Lucas de Penna, de Iudice ſedente. Matth. c. 19. Amen dico vobis, quod vos, qui ſequuti eſtis me, in regeneratione cum ſederit filius hominis in ſede maieſtatis ſuæ, ſedebitis & vos ſuper ſedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Iſrael, de loco docendi, & prædicandi, ſuper cathedram. Moyſi ſederunt Scribæ, & Phariſæi, & c. Matth. c. 23. † Sed in hoc contra ipſos laicos ea potiffima ad iucitur ratio, quia res ſacræ in bonis nullius ſunt, iuxta l. in tantum. §. ſacræ. ff. de rer. diuiſ. ſacræ autem res ſunt, quæ publice conſecratæ ſunt, etiā dirutæ, & in §. nullius. inſtitut. eod. titu. nec quouis priuilegio, quis ſe tueri poteſt. omnia enim quæ contra ſanctas eccleſias elicitæ ſunt, iam, vt nulla habētur. l. priuilegia. C. de ſacr. ſanct. eccl. etiam conſuetudines, auth. caſa, & irrita. ibid. poſita, quia eſſet inducere grauamen locis diuinis, cōtra cap. primum, de conſuetud. & eſſet rem ſacram offendere, ad illud de ſacrilegio, id eſt ſacræ rei violatio. ex doctrina gloſſ. & Bar. in l. ſacrilegi capite. ff. ad l. lul. pecul. † Sed quando loquimur in perſonis, a quibus eccleſia vtilitatem, vt bona, dotem, priuilegia, acceperit, non dubium, quin ipſis certa ſeruatur prærogatiua, vt ſciant cui benefecerint, & alij non retrahantur, cum abundantius teneatur eccleſia patrono, quam alijs patrono enim damus honorem, onus, emolumētum, Alphon. Aluar. in ſuo Specul.



Specul. c. 63. & illa prima lege natura, vt beneficiēti beneficiamus, fugiēdo ingratitudinē pessimū vitium, iuxta ēt paganorū leges. Andr. in c. 1. quæ sit pri. caus. ben. vt pprie sit nō retribuere benefactori, q̄ debet, Elysi. de ingratitud. fol. 339. & gratitudo fertur in retribuēdo benefactori, maxime patronis ecclesiarum, qui q̄ ecclesia habet, donauerunt. † Et exinde, vt quāto plus patronus contulerit p̄ ecclesia edificāda, plus honoris conferat, & pinguius ei in alimētis conferat, & prouideat. do. Cæsar Lambert. episcopus Insulanus, de iur. patron. 1. part. 3. q. priac. ar. 8. nu. 4. & 9. 1. lib. & lib. 3. pri. & seq. q. & in 3. q. ar. 1. vbi de honore, onere, vtili, patrono conferendo, & ei contingentibus: & est text in c. nobis. §. pro fundatione, de iur. patron. & dixit Abb. eod. c. col. 3. q̄ si Patronus ecclesie sit Rex, debet accipi processionaliter, saltē ad portas ecclesie. Cassan. in sua gloria 4. part. confid. 80. Ex his considerandū est, quomodo rector ecclesie se habere debet: sed id quā primū, vt domini loca, id est ecclesie, atria, porticus sint libera ab oī actione seculari, & in ministris ecclesie, aut aliis nō sit impedimētū, quæ diligentia maior est attēdēda in ecclesia vacante, vnde episcopus in visitatione debet apponere p̄nas omnibus, & prouidere: quia si ex ipsa ratione, qui altiorē locū sedendi quærit, tollat episcopus, si scandalū oritur, sin autē modestia est adhibenda, vt semper quid plus patrono conferatur: nā, & Iesus voluit remouere scandalū, cum dixit Petro, vt solueret tributum, vt non scandalizemus eos. Matth. cap. 17. in fine. † Pronun-

tiandumque est si quis de nouo ius vacantis ecclesie occupare quæserit, excommunicationis sententiā ipso facto incurrit, & est decisio c. in generali, de elect. lib. 6. quod dictū declarat Mart. Nauarr. in Manual. cap. 27. num. 123. quam sententiā non incurrit patronus, qui habet defendere bona ecclesie patronatæ, & ipse ius custodiam accipere, cum vacare contigerit, vnde venit dictus custos, seu guardianus, idem dom. Cæsar Lamb. eod. tractat. lib. primo, prima parte. 7. quæstio princ. articu. 2. numero 19. & si ad fraudem, vsurpationem, & occupationem extēdere voluerimus, grauior est p̄na inferenda. & iuxta decisionem Concil. Trident. sess. 22. de reformatio, cap. 11. §. quod si eiusdem. Vbi anathematis p̄na imponitur, quousque integra est facta restitutio, & absolutio a summo Romano Pontifice fuerit impetrata, quod est ampliātū ad accipientes fructus beneficii vacantis ex lege Pij Quinti, teste eodem Mart. Nauar. in citato c. 27. num. 150. circa finem, capitula interdicuntur, & episcopus suspenditur, quæ sunt aduertenda pro ipso episcopo, & ab eo alijs declaranda, vt latius infra, lib. secundo, cap. septimo, post num. 9. vbi citatur lex Pij Quinti. Ex fundatione vero tempore donationis Ecclesie, episcopo consentiente, potest quis sibi ius reseruare, quod vacante ipsa ecclesia possit habere custodiā fructuum, dummodo abusus abstinetur, ex decisione eiusdem text. capitulo in generali, in fine, vbi gloss. in verb. fundatione, nec de nouo consuetudo permittitur, & omnia sunt notanda in facto, & tempore



pore visitationis singulis annis faciē-  
dæ discurrenda, vt inquiratur de tē-  
pore vacationis, de ministris guber-

nantibus, prout latius, secundo libro  
de visitatione aliarum ecclesiarum  
dicemus, &c.

## DE COMMESSATIONIBVS, VICILIIS,

& alijs fieri prohibitis in Ecclesia.

## CAP. VIGESIMVM OCTAVVM.

## S V M M A R I V M.

- 1 **M** Achabei quam grauitè plan-  
xerunt prophanationem tēpli. *Ecclesia.*  
2 Ecclesia dicitur domus Dei, & oratio  
nis. 7 Conuenticulae sunt abijcienda ab Ec-  
clesia.  
3 Quae prohibita sunt fieri in Ecclesia. 8 Lecti, vigilia nocturna non fiunt in  
Ecclesia.  
4 Mercata, nundinae non debent exer- 9 Vir & uxor an possint in Ecclesia se  
ceri in Ecclesia. cognoscere.  
5 Mercatū quid sit, & quid nundinae. 10 Ecclesia non debet laicis incastellari,  
6 Suppellectilia non debent reponi in sed libera remanere.

1 **L** Egitur libro 1. Machab. †  
quod Iudas, & fratres, qui  
Machabei dicebantur, ha-  
bentes zelum legis Dei,  
lamentabantur, quod templum  
eorum factum erat sicut homo i-  
gnobilis, & sancta in manibus ex-  
traneorum facta, & videntes pro-  
phanationem templi, sciderunt ve-  
stimenta sua, & planxerunt planctu  
magno, imponentes cinerem super  
caput suum, cecideruntque super fa-  
ciem, terrae, & clamauerunt in  
coelum, vnde statim fractis inimicis,  
ascenderunt mundare sancta, & re-  
nouare, cap. 4. fuerunt omnes Dei a-  
mici zelantes in cōseruatione tem-  
pli, restauratione, & purgatione. De  
Ioa sacerdote, lib. 4. Reg. cap. 12. &

Iofias decreuit cōstari pecuniā obla-  
tam, distribuique operariis tēpli do-  
mini. cod. lib. cap. 22. hic nobis ma-  
gnum debet esse exemplum, cū om-  
nia ad nostram doctrinā scripta sint.  
teste Apost. ad Rom. c. 15. † Ipsi. n re-  
dempti pretiosissimo sanguine domi-  
ni nostri Iesu Christi diligentiores es-  
se debemus in Ecclesia, quae dicitur  
domus Dei, & orationis. Io. c. 2. sess.  
22. Conc. Trid. de obseru. & euit. in  
celeb. Miss. §. ab ecclesijs, & supra plu-  
ries est dictum, vt sit ab omnibus illi-  
citis aliena, & ministri non ferant in  
ea sordes esse, quae etiam dedecent  
in prophanis. iux. cap. fin. de custo.  
Euch. supra cap. 10. in princ. fortius  
de corpore nostro, quod est templū  
Dei. prim. ad Corinth. capitulo 3.  
nescitis,



nescitis, quia templum Dei estis, & spiritus Dei habitat in vobis: si quis aut templum Dei violauerit, disperdet illum Deus: templum enim Dei sanctum est, quod estis vos; & in 2. c. 6. & considerandum, quantum dominus iratus est, ingrediens templum in Hierusalem, cum eiecerit ex illo vendentes, & euentes, Luc. c. 19. multo magis hodie videns templa sua prophanata, & domos suas sordide contra omnem decentiam teneri. † Vnde in ipsa visitatione detestari id debet episcopus, & per modum statuti grauibus poenis prouidere, ne in ecclesia fiant comesationes, cibaria, cantus prophani ludii, cofabulationes, acclamationes, deambulationes, seditiones, impetus, alijq; prophani defectus. 44. dist. p. tot. c. cum decorem. de vit. & hon. cler. & est tex. clarus Conc. Trid. sess. alleg. eodemet §. ab ecclesijs, fuit memor. Nauar. in Man. c. 21. nu. 10. in vltim. verb. & contra deambulantem per ecclesiam, maxime dum diuina celebrantur, est ordinatio Pij V. Pontif. 5 Max. an 1566. 1. sui pont. de qua sup. alio loco meminimus, etiam in atrijs circa prophana, de quibus idem dicimus, & de caeterijs super c. 11. & 12. quia praeter destinata, non alia exercenda in ecclesia, reprehendunturq; etiam laici, aut clerici, qui in ipsis necessaria naturae facere permittunt, ex quo ad propositum dicit notab. tex. in c. diffiniuit ex Cōc. Tolet. 12. 17. quaest. 4. quod fugiens ad ecclesiam, vel ibi residens, inde vi abstrahendus non est etiam per triginta passus, si pro requisitis naturae exierit, quod non bene obseruant iudices, & tamen sententia excommunicationis 4 incurritur. † Item prohibeat tam in

ecclesijs, quam in atrijs, & caeterijs mercata, nundinas, aliasq; seculares negociationes fieri, de imm. eccl. lib. 6. c. decet. maxime de contentiosa iurisdictione D. Pauli. de visi. 1. p. q. 7. n. 58 quod fortius infestis. per illud euang. Io. c. 2. in synod. diceces. Neapol. fol. 140. quos expellere ad officium hostiarum pertinere dicitur. in synod. prouin. Med. tit. de ostiar. fol. 116. & leguntur multa in c. & haec diximus 16. q. 7. c. nulli 42. dist. contractus nulli laicorum, & contrahentes mortaliter peccant. Abb. in c. 2. num. 5. cum seq. de immunit. eccl. doct. in l. 2. C. de sacr. sanct. eccl. in l. basilicam, C. de operib. publ. & per eundem. Abb. in c. qua fronte. de appell. & refert Io. And. ex Valerio Maximo, Sabinum, & Gaium fuisse magisterio priuatos, quia quaestiones etiam paruas audiebant in templo, & quae diximus habent etiam locum in publicis mercatis, & nundinis diebus festiuis fieri prohibitis, vt infra suo loco dicitur. † Dicuntur autem mercata, quae ex particulari, seu consuetudine hominum in dies fiunt, non promulgata de mandato Principis. Nundinae vero maneantur iussu Principis, & eius auctoritate exercentur, cum multis priuilegijs, & immunitatibus per certos dies in accessu, & recessu, licet, vulgus ex varietate iurium inuicem haec duo nomina capiat, vt scribit Petrus Flor. in pract. nundin. quam posuit in addit. ad Marat. Venus. 4. part. 9. dist. nu. 50. cum seq. & nundinas dixit tex. in cap. fin. de vsur. & est tex. cum Rubr. C. de nund. & merc. ratio nemq; assignamus in c. 1. ne cler. vel mona. q. multa, quae de se sunt licita, ex respectu personae, & loci, iudicamus



eamus illicita: vt ibidem per doc. nec inconueniens iudicandum est, nam locus a loco patitur differentiã, causa ab alia, tempus a tempore, diuersitas etiam sæpe sequatur animorum, iuxta tex. Innoc. III. in c. quia diuersitatem, in primis verbis, de conse. præben. vbi gloss. adducit aliqua dicta.

- 6 † Nec ex iisdem permittendum apponi supellestilia, vasa vinaria, ligna, aliaq. similia ipsum sacrum locum, prophanantia, per dicta in alleg. cap. 2. de custod. Euch. in quo diligens sit præpositus, namq. magis in istis ecclesijs ruralibus, quam cathedralibus hunc inueniet abusum, vt ecclesias fecerint cellaria, & granaria. Immo ipsi rectores, & sua, & aliorum, reponunt, etiam ibidem celebrantes, postea, cum dicatur, & præceptum sit, in pulchra 86. dist. quod sacerdotes debent ornare templum Dei honore congruo, vt Aula Dei resplendeat cap. 1. de consec. dist. 1. arma non sunt retinenda, immo intrantes cum balistis, & sclopettis, alijq. armis hastatis eijciantur in Conc. prouinc. Mediol. par. 2. de eccl. & ear. cult. † Conuenticulæ omnino detestentur, maxime de quibus timetur de erroribus, & conspirationibus, arg. c. cum ex iniuncto, de hæreti. l. conuenticulã. C. de episcop. & cler. c. u. & domus priuatæ publicentur, si conuenticulæ cõtrariæ religioni, in eis fiant. ead. l. An autem concilia clericorum, & scholarum possint fieri in ipsis ecclesijs, & non dubium quia ecclesiastica, & spiritualia possunt tractari, namq. fiunt synodus, magistrantur scholares, promouentur doctores, quod ecclesiastici cum dicitur, cap. 1. de mag. secularia, tamen prohibentur per illum tex. c.

debet, & congregationes, quæ de facili præsumuntur in malam causam, vt in simili scribit Rolan. a Valle cõsil. 17. in ordinatam, nu. 28. volum. 3. & dicemus infra lib. 2. cap. 14. vbi de congregationibus, & confratarijs laicorum latius differitur: ad illud autem de priuatis congregationibus de religione, quod non sint sine suspitione hæresis, faciunt dicta per Corradum Brunum, lib. 6. de hæret. cap. 3. ex l. sub prætextu. ff. de extraordin. crim. per text. in cap. coniurationem. 11. q. 1. vnde in Francia omnes congregationes prohibitas esse dicit Petr. Rebuff. in tractat. de mag. artif. artic. 4. gloss. 1. lib. 2. & gloss. 2. vbi optime discurret. † Insuper statuendum est, ne lecti in ecclesia sternantur, dormitiones prohibeantur, & exinde vigiliæ, quas multi solebant facere non concedantur, cap. non oportet. 42. dist. in c. ex quo remouendus est abusus in quibusdam ecclesijs, in quibus propter sanctorum festa, vigiliæ nocte tota, hominum, & mulierum per mittebantur, & debet poni pœna ex communicationis, vt not. Henr. de Bott. de synod. episcop. tertia parte, num. 195. & 197. & hic abusus dormiendi fuit remotus ab ecclesia Amalphitana, cui prope erat nostra Rauellensis ecclesia, a religiosissimo illo Archiepiscopo Domino Carolo Montilio Iureconsulto Casalensi, pietate, & zelo cultus diuini, quam maxime ornato, & nobis amico charissimo, qui postmodum a Sanctissimo Domino Nostro translatus est ad ecclesiam Viterbiensem, de quo non tantum gaudet ipsa ecclesia Viterbiensis, quantum de eius translatione tristatur Amalphitana. † Et hoc etiam

M amplia-



ampliatur ad virū, & vxorem, ne ex pollutione, ecclesiam oporteret reconsecrari, et per longum tempus, & tempore belli, vt nūquam liceat carnaliter cognosci, iuxta opinionem Gaet. in opuscul. 16. q. dubio. 4. licet May. contradicat, maxime si timeat in viro corruptio, ex dictis per Syluest. sed Victoria de matrim. q. 279. securius esse dictum Gaet. dicit: & concludit Martin. Nauar. in suo Manual. cap. 16. nu. 33. Vbi etiam quod locus fuerit tantum benedictus, non solum sacer, quia sacrilegium computaretur, & est communis opinio, & nobis placet, nam, & Adam nunquam cognouit Euam, nisi commissa inobedientia eiectus de paradiso voluptatis, Genes. cap. 4. † Et postremo prohibendum est ecclesiam ipsam incastellari. 10. qu. 1. cap. sanctorum, & si propter necessitatem inuenit permissum, eo debet restringi ipsa necessitas, vt cultus diuinus non sit impedi-

tus, nec transitus per ecclesiam occupatus, vt quāto plus fieri potest, queratur non lēdi ipsam ecclesiam, idq. omnino sit longe ab altaribus, vbi sancta sanctorum continentur, & dicit Abb. ex mente Innoc. & Hosti. in cap. cum ecclesia, num. 3. de immun. eccl. quod tunc potest incastellari, & alicuius protectioni concedi, quando timetur de christianorū offensione, & vt boni a malis tueantur. Idq. dicit obseruari a rusticis præcipue, qui tempore belli refugiunt cum bonis ad ecclesiam, meminit etiam Verg. 2. Aeneid. de bello Troiano, dum affert Hecubam alloquentem Priamum.

*Huc tamen concede, hæc ara tuebitur omnes.*

Quæ sunt notanda, & alijs declaranda, qui habentes ecclesias in campis, & montibus, manent in ciuitatibus, nihil de templis Dei cogitantes, & si in omnibus cura eorum est, in hoc tamen nulla, &c.

## DE EXCOMMUNICATIS, ET INTERDICTIS EIJCIENDIS AB ECCLESIA.

### CAP. VIGESIMVMNONVM.

#### S V M M A R I V M.

- |   |   |   |  |
|---|---|---|--|
| 1 | <b>E</b> Xcommunicati debent eijci ab ecclesia, & quando possint intrare. | 5 | Irregularis an sit, celebrans coram excommunicato, vel interdicto. |
| 2 | Excommunicati durante per annum qualiter debent puniri.                   | 6 | Intellectus. cap. is, qui de sent. excom. lib. 6. ponitur.         |
| 3 | Glosa, in cap. 1. de sent. excom. lib. 6. discutitur.                     | 7 | Interdictum personale est duplex. vbi vide.                        |
| 4 | Clericus scienter communicans excommunicato, est excommunicatus.          | 8 | Interdicti quando eijcendi ab ecclesia, & quæ tunc permittantur.   |

QVO-



**Q**uoniam non audientes ecclesia, nobis debent esse sicut ethnici, & publicani. iuxta præceptum Domini. Matth. c. 18. † Qui ex illa potestate ab eodem tradita quæcumq. ligaueritis &c. excōicati sunt, cū quibus nec Christi, nec sanctorum merita cōmunicatur do. Card. Hosius, de fid. & symb. c. 31. ideo in visitatione videndum est, & mandandum, quod, si qui sunt excommunicati, & interdicti, ad obedientiam ecclesiasticam pro salute animarum venire non curantes, abiciantur ab ecclesia. namq. excommunicatus dicitur separatus a Deo, & effectus membrū diaboli 10. quæst. 3. c. excellentissimus, exinde, quacumq. hora prohibetur ingredi ecclesiam, & si monitus recusat exire, grauissime peccat, vt non nisi a sūmo Pontifice absoluator, iux. clem. grauis, de sent. excom. immo magis excommunicati, quam canes eijciuntur Apoc. cap. fin. ex Matth. cap. 7. eccl. cap. 13. versatur enim excommunicatus in triplici periculo. Primo quia in potestatem dēmonis traditur ex dicto Aug. omnis christianus, qui a sacerdote excommunicatur, Sathana traditur. Secundo quia Dei gratia ab excommunicato subtrahitur. Tertio, quia excommunicatio est morbus contagiosus. Item propter damnū, quod tripliciter accidit, quia ex cōmunicatus suffragijs, orationibus, & beneficijs ecclesiæ priuatur. Secūdo a Spiritu sancto non viuificat, & tertio suis ex infirmitatibus nō curatur. 11. quæst. 3. cap. nihil. perdidit. n. sacramenta ecclesiæ, quæ sunt medicina, & remedia. Vnde magis excōmunicati vitantur, quā Iudæi, vel Sa-

raceni. gl. super Matth. c. 18. de quo dixit sapiens. Prou. c. 6. vir apostata, homo inutilis, id est excōicatus sine omni lege: aut quis excōicatus volēs intrare ecclesiā causa ibi orandi, seu audiendi verbum Dei debeat repelli arg. est de cōse. dif. 1. c. episcopus nulum, licet videatur dissentire tex. in c. cum excommunicato, & c. seq. 11. q. 3. Nicol. Plou. de excom. 3. dubio. n. 9. † Et si, sint ipsi excōicati vltra annum stantes in excōicatione animo indurato, & pertinaci, publice declarentur: sunt namq. isti tales omni iure exosi. auct. quæcūq. communitas. C. de epis. & cle. c. reuersus. 11. q. 1. & ius regni Neap. procedit contra ipsos ad pānam pecuniariam crescentem ex tēporis perseuerantia. c. si quis in excōmunicatione, & c. q. si cōtigat: hodie grauissime, quia cōtra tales inquirimus iure nouissimo tamquā de hæresi suspectos, ex decreto Conc. Tri. sess. 25. de refor. gen. c. 3. in fi. Simancas de hære. c. 55. n. 2. & in cath. instit. 27. de alijs legibus. nu. 6. dixi in fam. sing. in lit. e. n. 46. quamuis multi faciant differentiā (quando sumus extra causam Religionis) si excommunicatio est ex causā criminali, vel ciuili, per gl. & do. Anton. de But. in c. contingit. in verb. non potest, de dolo, & contu. Sed in causā fidei in quo libet casu posito per Eymer. in Direc. 3. p. q. 124. excommunicatus durans per annū est, vt hæreticus iudicāndus, c. cum contumacia. §. vt inquisitionis. §. prohibemus, de hære. lib. 6. & in 2. par. eiusd. Direct. q. 47. quādo extra causam fidei. nu. 7. vbi dat modū procedendi, & citandi, quæ dicta poteris videre, & cum ecclesia non communicet cum eo, nec alij debēt



3 communicare. cap. siquidem. c. cum  
 desideres, de sent. excom. † Ex quibus  
 est notandum non esse veram opi-  
 nionem gl. de qua semper dubitau-  
 mus in c. 1. de sent. excom. lib. 6. quæ  
 vult, q̄ si iudex videt excōicatum sta-  
 re obstinatum, & non esse ei curę de  
 excōicatione, minusq. procurare ab-  
 solutionem, debet etiam inuitum ab-  
 soluere, ex doctrina Gemin. adducē-  
 tis S. Tho. in 4. dif. 18. q. 2. ar. 5. super  
 quo dicto cogitandum est, namq. il-  
 lam doctrinā in facti contingentia,  
 maximi momenti, quidā graues viri  
 parū fauentes libertati ecclesiasticæ  
 allegarūt: nec erat faciēda vis de nito-  
 re allegationū: sed proh dolor? quia  
 ēt, vt dixerunt, tacite euenit, sed non  
 eorum intuitu, vt potuerit optime di-  
 ci. Iniurię nascuntur, vnde iura oriū-  
 tur, contra c. qualiter, & qñ in princ.  
 de accusat. l. meminerint. C. vnde vi,  
 & ad gl. prædictā, & S. Tho. vide sē-  
 per Fel. in c. scribebā, in prin. de præ-  
 sumpt. vbi qñ inuitus sit absoluendus  
 & in c. apostolicæ, n. 1. de excep. &  
 Io. And. in eod. c. & nota quia omnia  
 dicta fuerunt vtilitata, & Fel. non cā-  
 tauit per ora omnium, ideo diligen-  
 ter perquirat episcopus in visitatio-  
 4 ne suæ ecclesiæ. † Et si clericus scien-  
 ter excommunicato cōmunicauerit,  
 in eandē incurrit sententiā excōica-  
 tionis. clem. significauit. de sent. ex-  
 com. quando constat illū esse excom-  
 municatum, per declarationē iudi-  
 cis. Secundum communem practicā  
 ecclesiæ. est. n. generale dictū, partici-  
 pantem excōmunicatis incurrere mi-  
 norem excōmunicationem. c. cū ex-  
 communicato. 11. q. 3. quādo tamen  
 scienter, vt participando cum maiori  
 maiorem incurrat. c. quanto amplius

de priu. il. ēt ep̄s excōicans nō pōt, eū  
 ab eo ex cōicato participare, nisi s̄m  
 formā ecclesiæ præstito iuramento  
 fuerit absolutus, tex. est in c. cū desi-  
 deres, de sent. excom. quod est notan-  
 dū a pluribus, qui cogitant licite pos-  
 se ante absolutionem prædictam cō-  
 municare, & tamen in excommuni-  
 cationē incidunt, licet in multis com-  
 municatio permittatur in casibus no-  
 uissime vnitis per Nauar. in Man. c.  
 27. nu. 26. cum seq. extra quos, nec lit-  
 teris licet, cle. fi. de sent. excom. quos  
 excōicatos si Papa in suis litteris salu-  
 tauerit, nec dicitur absoluere, c. si ali-  
 quando, de sent. excom. vbi nota ver-  
 ba qualiter præsumatur factum, ad  
 illud autem de clerico, dicas, quando  
 scienter, & sponte, per tex. clarū, eo-  
 tit. c. significauit nobis, de cuius intel-  
 lectu vide Couar. in repetit. c. alma.  
 mater. 1. p. §. 3. nu. 4. de sent. excom.  
 lib. 6. † Vnde caueat sacerdos coram  
 excommunicato denunciatio celebra-  
 re, nam licet non efficiatur irregu-  
 laris incontinenti, per tex. princi-  
 palem, in cap. is qui de sent. excom.  
 lib. 6. tamen secundum Ioan. Andr.  
 ibidem est proximus irregularitati,  
 quia est suspensus, & interim cele-  
 brando incurrit irregularitatem. Ni-  
 co. Plou. de irregular. 40. reg. nu. 25.  
 ideo debet monere excōicatum, vt  
 exeat ab ecclesia, qui si cōtempserit,  
 & est ante consecrationem, discedat  
 ab altare, & vadat ad lacristiam, si au-  
 tem cæperit verba cōsecrationis cō-  
 pleat, quia maius est præceptum, ne  
 sacrificium restet imperfectum, ip-  
 sam tamen suspensionem licet possit  
 episcopus tollere, non tamen irregu-  
 laritatē inde sequutam, quæ summo  
 Pōtifici reseruatur, not. Steph. in cle.  
 dudum,



dudū, de sepul. (nouiter Simon Ma-  
 iol. episcopus Vulter. de canon. im-  
 ped. lib. 3. cap. 19. in prin.) nisi acce-  
 damus ad decisionem tex. Conc. Tri-  
 den. & eius practicam sess. 24. de re-  
 form. cap. 6. vt episcopi ab omnibus 7  
 suspensionibus, & irregularitatibus  
 prouenientibus ex delicto occulto,  
 præter homicidium volūtarium, &  
 quæ ad forum contentiosum dedu-  
 cta sunt, possint dispensare. Sed caute  
 est agendum, vt primo sciatur, q̄ di-  
 catur occultū, vide Nauar. in Man.  
 cap. 2. n. 250. & prius nu. 194. Co-  
 uar. in clem. si furiosus. 2. par. §. 3. nu.  
 2. de homicid. vbi opinio sua contra  
 6 tex. Conc. nō tenetur. † Et nota tex.  
 in dict. cap. 15. qui nam vtitur verbo  
 tempore, nec irregularitatē inducit,  
 cum non sit in iure expressum, & il-  
 lum tex. elegantem dicit idem Co-  
 uar. in repet. cap. alma mater, in prio-  
 ri par. §. 6. nu. 9. ex ea potissima rō-  
 8 ne allegata, & quia coram tali excō-  
 municato cum celebrauerit, interdi-  
 ctus est ei ingressus, vt postea cele-  
 brando fiat irregularis, secundū mul-  
 torum opinionem, licet primum ve-  
 rius: & maxima est cautela, vt ante  
 diuinorum officiorū horam, videat-  
 ur si extant in ecclesia excōmunica-  
 ti, vt primū deiectis ipsis fiāt diuina,  
 sin autē postea obseruetur, quod di-  
 ctum est. & not. 7. quæst. 1. cap. illud.  
 11. q. 3. c. sicut Apostoli, caueant autē  
 tales excōmunicari moniti, vt exeāt,  
 & obediāt, ne ex resistētia perturbēt  
 diuinum officium, quia graui pœna  
 veniunt puniēdi. per l. si quis in hoc  
 genus. C. de episc. & cleric. vt memi-  
 ni supr. c. 20. nu. 39. sicut dicimus de  
 excōmunicato volente corā se cele-  
 brari per vim, & metū. argum. eorū,

quæ dicit Abb. in c. si. de excess. prel.  
 contra quosdā potentes: sed cautus  
 sacerdos aufugit, non curādo minas,  
 neque panem, & qui scrutati fuerūt  
 iniquitates defecerūt scrutātes scru-  
 tinio, iux. psal. 63. † Hæc autem sunt  
 aduertenda etiā contra interdictos,  
 qui prohibito sibi ecclesiæ ingressu,  
 audēt iura ecclesiastica violare, vt in  
 hoc dicit Nauar. in Man. c. 27. n. 167.  
 dum ponit duplicē differentiam, seu  
 gradum, generale, vt interdictis ciui-  
 tatibus hominum, & particulare, ad  
 certā personam, vnam, vel plures no-  
 minatas, de quibus dicimus idē, quod  
 de excommunicatis per superius di-  
 cta. Florent. in sum. 3. par. tit. 26. c. 4.  
 §. 1. quæ faciunt ad quæstionē, cum  
 de alijs infra dicitur. (& idē episco-  
 Vulter. lib. 3. c. 26.) quos item vitare  
 debent sacerdotes, dū sacra mysteria  
 altaris conficiunt, & eis notū est esse  
 in ecclesia interdictos. † Qui dū di-  
 uina celebrantur, omnino stare non  
 debēt, possunt tamen cū ipsa nō fiūt  
 intrare ecclesiam, & orare, vt omnes  
 cōmuniter concludunt. Nauar. eod.  
 cap. nu. 170. immo trāsire cum cele-  
 bratur. per notat. in c. is cui, de sent.  
 excom. lib. 6. licet grauiter peccēt, si  
 absq. causā, ne in contemptū videā-  
 tur facere, vel tēpore prædicationis.  
 per c. responso. de sent. excom. & di-  
 cit Flor. eod. §. 1. col. pen. q̄ in fine  
 prædicationis potest eis fieri genera-  
 lis cōfessio, & ibi multa: dicebat etiā  
 Facredus, q̄ quilibet peccator causa  
 orādi potest intrare ecclesiam, quod  
 notandū volūt doct. in ipsamet cle.  
 grauis, quæ verba multo magis ad Iu-  
 dæos, & Infideles extenduntur, &  
 hæc omnia Sacerdotibus declaran-  
 tur, qui solent ad tabellas adnotare.



## DE ELEEMOSYNIS, ELEEMOSYNARIIS,

seu earum quæstoribus.

## CAP. TRIGESIMVM.

## S V M M A R I V M.

- 1 **E**leemosyna est nomen generale, & quid comprehendat. & è contra.  
*Proximus quis sit. ibidem.* 14 Peccatores resurgere a peccatis sine gratia Dei non possunt.
- 2 Eleemosyna quid sit. 15 Eleemosyna de quo est facienda, & num. 16.
- 3 Eleemosyna actus dicitur duplex. 17 Meretrix de acquisitis ex meretricio an possit facere eleemosynam.
- 4 Eleemosyna quando sit in præcepto. 18 Dilectio inimicorum dicitur eleemosyna spiritualis, num. 19.
- 5 Beneficiati tenentur ad eleemosynas. Bona beneficiorum ad quid sint instituta, num. eod. 20 Offensus, quid teneatur remittere.
- 6 Eleemosyna debet dari ab homine dum viuit. 21 Episcopus an possit de per se dimittere iniuriam factam ecclesie.
- 7 Eleemosynæ conditiones quæ sint. 22 Dilectio proximi est duplex.
- 8 Eleemosyna de rebus nobis charis data acceptior est. Eleemosyna est danda de rebus decentibus danti, & accipienti, num. eod. 23 Eleemosyna dispensata per malum ministrum, an profit ordinanti.
- 9 Peregrini quomodo sunt tractandi in expensis, ibid. 24 Eleemosyna ex quibus commendetur.
- 9 Robusti, & fortes redarguendi sunt, si vadunt mendicando. 25 Bona temporalia sunt caduca, & transitoria.
- 10 Ordo seruandus est in datione eleemosynarum. Eleemosyna prodest viuis, & defunctis, ibid. 26 Eleemosyna ordinata dari, non potest statuto reuocari.
- 11 Eleemosyna a quibus non est accipienda. 27 Eleemosynæ quæ diuisantur cum monialibus pauperibus.
- 12 Eleemosyna facta ab existente in peccato mortali an ei profit. 28 Eleemosyna, ieiunium, & oratio, sunt tria, quibus Deum placamus.
- 13 Opera bona facta in peccato mortali an reuiuiscant per pœnitentiam, 29 Episcopus hortari debet omnes ad eleemosynas. Opera misericordie spiritualia, & temporalia, nu. eo. 30 Tria incitant nos ad eleemosynam.
- 31 Eleemosynæ fructus, quantus sit. 32 Meritorum triplex est ratio. Meritum



33 *Meritum est triplex.*34 *Quæstiones eleemosynarum quomodo prohibendi, & a quibus. nu. 35. De-**bent axaminari de vita, & moribus. nu. 36. Tēpore Missarū, & cōcionū eijciendā ab ecclesia. nu. 37.*

**E**ST etiam ultra prædicta in proximo capit. aduertendū ad importunos eleemosynarum quæstiones, ex quorū abusu multa scandala infurrexerunt, & labores Prælatorum in animabus regendis, vertentibus in malum ipsis quæstoribus hoc bonum eleemosynarū, de quibus more solito aliqua dicemus.

† Et generaliter loquendo hoc nomen eleemosyna cōprehendit omne opus misericordiæ impensū, siue sibi, qui est primus, vt dicit S. August. in Enchyr. ad Lauren. cap. 76. idest ad salutem suam, siue proximo communiter, & alio modo comprehendit, omne opus pietatis, & spirituale, & corporale. datū ipsi proximo, sed p̄p̄rius opus pietatis ad relaxandam proximi pauperis indigentiam. S. Bona. in 4. dist. 15. p. 2. ar. 1. q. 4. Quis autem sit hic proximus, patet ex parabola Samaritani dicta in Euan. Luc. c. 10. dicitur autem proximus omnis homo fidelis, quia Dei imaginem habet. do. Card. Hosi. in lib. confess. c. 76 vel omnis, qui exhibet nobis aliquā misericordiam, vel beneficium, & exhibere dicitur, cum ei eleemosyna amore Dei largitur, quia nos ipsi Deo reconciliat: item proximum dicimus omnem hominem, quia cum nullo malum operari debemus. Magister in 6. dist. 27 de modo diligendi. peccat enim qui proximum non amat amore charitatis propter Deum, optando nobis, & proximis nostris æternam beatitudinem. Mart. Nauar. in Man. c. 14. nu. 23. Inde dixit notan

ter August. lib. 1. de doct. Christ. c. 23. quatuor a nobis esse diligenda, vnū quod est supra nos, idest ipse Deus, secundum sumus nos. Tertium quod est iuxta nos, & est proximus: & quartum, quod est infra nos, hoc est corpus nostrum, in quibus opera misericordiæ, & eleemosynæ versantur, habendo mentem ad primum requisitum, scilicet Deum. † Et hoc modo eleemosyna ex S. Th. 2. 2. q. 33. ar. 2. est opus, q̄ indigenti aliquis impendit ex compassione, amore tamē Dei opus veræ misericordiæ. de pæn. dist. 1. c. qui vult. vbi gl. ducit eius deriuationem. Alphon. Alua. in suo Spec. c. 50. §. de eleemosyna, ordinata a Deo Luc. c. 12. vendite quæ possidetis, & date eleemosynam, & c. 14. scribit aliqua Mart. Nauar. in Man. c. 24. nu. 3. vsq; ad finem. Beatius est enim dare, quam accipere, in Act. Apost. c. 25. vt præstet posse dare, quam accipere, eam faciendo in occulto, ad fugiendam gloriam mundi. Matt. c. 6. Te autem faciente eleemosynam, nesciat sinistra tua, quid faciat dextera tua, vt sit eleemosyna tua in abscondito, & pater tuus, qui videt te in abscondito, reddet tibi ( oblationes autem in publico, de simon. c. sicut tu in fine.)

† Ex quo hunc actum eleemosynæ præstandæ dicimus esse duplicem, vt eod. cap. scribit Nauar. charitatis, & virtutis, ex primo, amor proximi incitat, ei, amore Dei subuenire, qui dixit, diliges proximum tuum sicut te ipsum Matth. cap. 5. secundo pro illo actu subventionis, & dicitur vii tu

M 4 tis.



tis. Sanctus Tho. 2. 2. quæst. 32. art. 1. quæ non patitur otiosa esse. Matth. cap. 5. munera sua multa, charitas prima. in 2. dist. 27. aliqua in fam. singular. in l. c. n. 60. subueniendo intuitu miserationis. 25. q. 1. c. fin. quod & Christus dominus noster ostendit esse faciendum, ante legem, in lege, & post legem, vt Greg. super Luc. Homel. 31. docet, ne aliq̄ tempus deesset proximi necessitati. † Vt sic elemosyna trāseat in præceptum, vt in necessitate, nec denegandum sit malis. Nam, & Dominus solē suū oriiri facit sup̄ bonos, & malos, & pluit sup̄ iustos, & iniustos. Mar. c. 5. Luc. c. 6. omni petenti te tribue, cū mente potius bonis, fideiq̄ domesticis, per illud Eccl. c. 10. si benefeceris, scito cui benefeceris, benefac iusto, & inuenies retributionem magnā, & si non ab ipso, certe tñ a Deo. eo. c. Da bono, & ne recipias peccatorem, benefac humili, ne dederis impio, necessitatē videto. 47. dist. c. sicut. Mar. Nau. in repe. c. quicquid 16. q. 1. n. 5. & pauperes dicūtur habere ius in bonis ecclesiæ, & data fuerūt bona ecclesiasticis, vt pauperibus subueniretur. n. 22. Abijciendo in totū illam opinionem multorū modernorū, qui voluerunt extendere eorum dictum, vt clerici de fructibus beneficiorum possent et ad malū uti. latius in Apolog. q. 2. monit. 7. vbi vide, nam superflua pauperibus nō erogare iniquitas est. 32. q. 4. c. sic non sunt. vide in c. studeat. 50. dist. † Vnde ipsi beneficiati, & alij ecclesiarū dispensatores fortius tenentur ad elemosynas, Ber. super cant. clare demonstrat, inquit. Timeant clerici, timeant ecclesiarū ministri, q̄ in terris sāctorū, quas pos-

sident, tā iniqua gerunt, vt stipendijs quæ sufficere debent, minime contenti, superflua, quibus egeni sustentandi forent, impie, sacrilege sibi retinēt. & in vsus suæ superbiæ, atq̄ luxuriæ victum consumere non verētur. Cū bona beneficiorū principaliter ad opera pietatis sint instituta, ideo subtrahēdo peccat mortaliter. de præb. c. in monachis, nam quicquid superest, pauperibus dandum, & nō subuenire sacrilegiū est. A post. ad Tim. 1. c. 6. habentes alimenta, & quibus tegamur, his contenti simus, proprietatē retinendo, quantum ad fidelē dispensationem, c. si non sunt 32. q. 4. c. studeat. 50. dist. 12. q. 1. c. si. de don. c. 2. cap. quia tua. 11. q. 1. Lancell. Conrad. lib. 2. de episc. nu. 48. † Et præstat q̄ Christiani, dum viuunt, faciāt elemosynas, & non expectare ab hæredibus pro se. Eccl. c. 14. fili si habes, benefac tecū, & Deo dignas oblationes offer, memor esto, q̄ mors non tardat, & ante mortē benefac amico tuo Christo ( idest pauperi ) & c. 18. Matth. c. 25. quod vni ex minimis datur, Christo datur, & ad Gala. c. 6. dū tempus habemus, operemur bonū ad omnes. Nam elemosyna, quā quis dat in vita sua, est sicut lucerna, quæ præcedit euntem de nocte, præseruās eū ne cadat, quæ sūt vero post mortē sicut lucerna sequens, ex qua non ita est securus itinerās, ne præcipitetur in foueam, vide. n. tūc erogasse quia omnia relicturus erat. Multo tñ peius est, si neq; in vita, neq; in morte, quis pauperum recordetur: sicut diues ille qui non cōsulens animæ suę nō cōdolēs miseris Lazari, mortuus est, & sepultus in inferno. vnde quæ res refrigeriū audiuit sētētā a Patre Abraam.



Abraã. Fili recordare, quia recepisti bona in vita tua, & Lazarus similiter mala, nunc aut̃ hic consolatur, tu aut̃ tē cruciaris. Luc. c. 16. † Itē danda est animo voluntario. Deus. n. plus respicit ad animū, quam ad datum, cū sit ponderator spirituum. Prouer. 16. & c. 21. appēdit corda dominus. 1. Reg. c. 16. respicit affectum dantis, etiā q̃ minimum sit datum, exēplum de calice aquæ frigidæ. Mat. c. 10. in fin. quia non perdet mercedē suā. Marc. c. 9. Et cū hilaritate, docet eccl. c. 35. in omni dato hilarem fac vultū. 2. ad Cor. 9. hilarem n. datorem diligit Deus, considerādo, q̃ Christus est, q̃ petit Mat. eo. c. 25. quādiu fecistis vini de his fratribus meis minimis, mihi fecistis: patet de B. Martino, cui nõtē Christus apparuit, indutus media illa veste, quā præcedenti die Ambiano pauperi, & nudo petēti nomine Christi dederat. Inquies, Martinus adhuc Catechumenus hac me veste cōtexit. Itē petit ipse de suo, non de tuo, ex illo Augusti da Christo q̃ dedit tibi, de suo quærit, & nō das, des, quia cētuplum accipies, & vitā eternā possidebis. Cū dulcedine, & pietate. eccl. c. 4. inclina pauperi, sine tristitia aurem tuā & respōde ei in pacifica mansuetudine, non vt multi, qui primū iniuriātur pauperes, & postea subueniunt, & perdūt meritū eleemosynæ. eccl. 18. stultus acriter improperabit, nec faciēdo illos morā facere: igitur vigilāter succurrendū. sic. n. eleemosyna præstita iungit ad cęlū, & Prouer. 3. ne dicas amico tuo, id est pauperi, vade, & reuertere, & cras dabo tibi. eccl. c. 18. cor inopis ne affligas, & ne protrahas dare angustiātū Qui etenim pronus ad misericordiā

benedicē. a dom. Prou. c. 12. Cū humilitate, nō in supbia dicit do. Matt. c. 6. & eccl. 31. cōclude eleemosynā in sinu pauperū, & muntus absconditum extinguit iras. Prou. 21. † Et notāndum est præcipue, q̃ quāto nobis res charior est, & datur p̃ eleemosyna, tātō gratior est Deo, & magis accepta. 2. Reg. c. vl. offeramus Deo holocausta gratuita, alias esset indignū valde, dare q̃ homo odit, cōsiderādo tñ personarū qualitates, quia pauperibus nō assuetis ad mensā, & delicias, nō est bonū dare sumptuosā cibaria, quibus deficientibus tedeat eos redire ad fabas: ideo dixit Abb. in c. & si quæstiones de simo. q̃ eleemosyna est danda de re cōdecēte dāti, & accipienti in c. quiescamus. 43. dist. impēfas cōpetētes, nō superfluas peregrinis largiri, dixit tex. in c. pulchra. 86. dist. 9. diuinis, licet ministris ecclesię fecus. ipsi. n. seruiunt Deo. eccl. c. 24. S. Th. 2. 2. q. 32. a. 10. † Inde robusti, & fortes rephēdēdi sunt, si vadunt mēdicantes, quia dicunt auferre panem debilibus personis. C. de mend. Val. l. 1. li. 1. in quib⁹ debet explorari integritas corporū, & robur animorū, & ibi gl. notat, vbi ex sententia vulgi dicit hos robustos Spanaldos, vel Galiotas. & 5. q. c. nō oēs 80. dist. c. 1. ex quo dixit gl. optime sup̃ Matt. c. 5. de istis loquēdo, q̃ iustius feceris, si iniuste petētē correxeris, quā si ei dederis & citat alia gl. in ea. rub. C. & ibi Bar. no. q̃ validi mēdicātes debēt in seruitutē redigi, p̃ ipsā. l. 1. ponēdo, quō p̃ beī mēdicitas, & qualiter puniat ficticie mēdicans: in alijs vero mēdicātib⁹ miserabiliter cōpatiēdū est, nā si petit rubore confūdit, & si nō petit egestate cōsumit, vt petat necessitate compel-



compellitur. plura Archid. in c. quorundam. de elect. lib. 6. præceptum est enim domini, vnumquemq. facere misericordiam, & miserationes cū fratre suo (idest proximo) Zach. c. 7.

10 † Ordo tamen seruandus est in ipsa eleemosyna danda, ne quis subtrahat exinde extremæ suæ necessitati, quæ non tenetur facere, cum præceptum loquatur, de quod superest, dandum pauperibus. Luc. c. 6. tunc. n. est in præcepto, & si non fiat peccatur mortaliter. Abb. in c. 1. circa finem de emp. & vendit. subueniendo magis suis, 12 quam exteris. 86. dist. cap. est etiam. dixi in famil. sing. in lit. e. nu. 11. Bar. in l. 2. C. de annon. ciuil. lib. 12. Item primo iustis, demū peccatoribus hominibus. ibidem. §. in ipsa. latius S. August. in epistol. Pauli ad Galat. 6. in illis verbis, ergo dum tempus. Gaet. in tract. de præcept. eleemos. tom. 3. ad S. Thom. Martin. Nauar. de horis canon. cap. 20. num. 21. Florent. in 2. tit. 7. c. 24. §. 3. semper sui ipsius principaliter. August. ad Laurent. cap. 76. miserere animæ tuæ placens Deo: & hæc etiam prodest viuus, & defunctis. sess. 25. Concil. Trid. de purgat. propter quod quæritur cui magis teneamur facere eleemosynam viuus, an defunctis: ponit Lucas de Pen. in l. centum. in verb. super hoc. C. de annon. ciuil. lib. 11. & distinguitur aut ex voluntate, & magis defunctis qui semper indigent, aut ex necessitate, & magis viuus, gl. in c. pro obeuntibus. 13. q. 2. & c. tempus ead. q. cū gl.

11 † Notent tamen ecclesiæ ministri, ne a publicis, & notoriis peccatoribus eleemosynas accipiant, quia videntur fauere eorum peccatis, & conuersioni. cap. 2. de raptor. eod. cap. pro

obeuntibus: ibi pro impiis, quamuis christiani fuerint, non licet oblationes offerre. de pœnit. & remis. c. omnis, cap. ex transmissa, de decim. quia bona, quæ habent isti tales, frequentius sunt illicite acquisita, nisi in prima distinct. S. Thom. 2. 2. quæst. 32. art. 7. sic nec ab excommunicato, pro quo non oramus, cap. a nobis, de senten. excomm. & hanc q. disputat Marian. Socci. in cap. sacris. nu. 149. & est 23. dubium, per totum de senten. excomm. distinguens de licite, & illicite acquisitis. nu. 153. † An autem existenti, & permanenti in peccato mortali profit eleemosyna August. in Enchyrid. supra adducto dicit, quæ non. n. (inquit) existimet aliquis nefanda crimina, qualia qui agunt regnum Dei non possidebunt, quotidie perpetranda, eleemosynis quotidie redimenda, in melius quippe est vita mutanda, & sic per eleemosynas de peccatis pristinis propitiandus est Deus: non ad hoc quodammodo emendus, vt ea liceat impune committere, & hoc quæsitum disputat Alexan. de Alef. in sum. 4. par. quæst. 8. memb. 3. ar. primo, vbi ponit nouem utilitates proueniētes de operibus bonis factis in statu peccati mortalis, quarum prima est delectatio mentis. omnis enim gaudet ex bonis operationibus, secunda est satisfactio, cum sit præceptum de subueniendo proximo, tertia diminutio peccati temporalis presentis vitæ, cū per mortale peccatum, & in hac vita, & in alio seculo mereamur pœnam, quarta dicitur augmentatio bonorum temporalium, namque bona fortunę augmentantur peccatori propter opus bonum factum in statu peccati, quinta



quinta quia liberatur peccator a diabolica potestate, vt scribit Greg. lib. 3. dialog. c. 7. Iudæus inquit in statu Iudaico permanens signabat se semper signo crucis, & liberabatur a diabolo, scilicet quo ad hunc mundum, vt minus possit Diabolus in eo. Sexta dicitur dispositio, disponitur enim peccator magis ad suscipiendum gratiam Dei illustrantis cor suum propter tale opus bonum, & ad pœnitentiam faciendam tex. in c. falsos in fine, de pœni. dist. 5. Septimo dicimus esse vtile p̄ continuationem, quia in futurum conuersus, perseuerat in bonis operibus faciendis. Octauo, quia licet moriēs in tali statu peccati mortalis vadat in infernum, tollerabilius suffert pœnas, & leuiore ei fiunt, vltima vtilitas dicitur glorificatio, quia peccator cōuersus a peccatis p̄ bona opera facta, erit in ampliori gaudio accidētali de quibus vide in c. fi. de pœni. dist. 3. & c. cauendum bona gl. in c. quod quidam, de pœnit. & remiss. sed illud not. adducit Nauar. ex communi opin. in c. fi. §. signis, n. 12. pœnam inferni sempiternam, qua dā natus punitur, nullo opere bono ē magno facto ei differri, de quo etiā p̄ ipsum eo tract. de pœnit. dist. 3. (quia primum dictum est dist. 7.) in c. quærat. † Ex quibus est frequēs quæstio, si quis facit bonum in peccato mortali, de quo peccato postea faciat pœnitentiam, an reuiuiscat bonum opus, & ē contra si in statu gratiæ faciat bonum, deinde peccat mortaliter, an moriantur bona opera, vel per pœnitentiam iterum reuiuiscāt. S. Tho. in 4. dist. 23. Frat. Domin. Sot. eod. lib. dist. 16. quæst. 2. 5. & 6. gloss. in cap. quod te. de pœnit. & remiss., quod

est 5. cap. Felin. in cap. firmissime, de hæret. recitant notabile dictum Augustini in cap. 1. de pœnit. dist. 1. dicentis, pium esse credere, vt recepta Dei gratia remuneret bona, vt cum destruxit quod suum non inuenit, amet, & diligat bonum, quod etiam in peccante plantauit. Innoc. in c. ex parte, de verb. sign. & generaliter si nō prodest ad salutem, prodest tamen ad mitigandum Deum, & ad impetrandam gratiam cap. non est, vbi Archid. 1. quæst. 1. recenset D. Card. de Turr. Crem. in cap. nihil enim, col. 2. de consec. dist. 5. & nota distinctionem bonorum operum, quod aut viua, aut mortua, aut mortificata, per omnes in 4. dist. 15. Nauar. in adducto §. cap. quærat. Restituuntur enim pœnitenti omnia bona quæ fecerat ante peccatum, scilicet in gratia, quæ post modum fuerunt mortificata per peccata, c. confideret, §. animaduertere, vbi idem Nauar. nu. 10. de pœni. dist. 7. post S. Thom. in 3. quæst. 89. art. 3. & ibi dicit peccatorem semper ad maiorem resurgere gratiam, cum de peccatis plenam fecerit pœnitentiā. † Sed not. quod existentes in peccatis, sine gratia Dei resurgere a peccatis, & illa vitare nō possunt: quorū aliquos Deus ex abundantia suæ pietatis a peccato liberat, auertens eos a malo, & conuertens ad bonum, vt in aliquibus misericordia sua appareat, & elucescat, & in alijs, vt Iustitiæ ordo manifestetur, ad Rom. c. 9. quæ dicta sunt notanda, quia graua, cuius vult miseretur, & quem vult indurat, id est, deserit, & in massa perditionis derelinquit, quorum vult miseretur, id est ex massa perditionis humani generis, alios,



alios ad se trahit, iustificat, & sanctificat. Vnde Ps. 10. Locutus est Deus, duo hæc audiui, quia potestas Dei est, & tibi domine misericordia: quia tu reddes unicuique iuxta opera sua. Non tamen est ipse alicui causa peccandi, patent prædicta ex S. Thom. lib. 3. cōtra Gent. cap. 160. cum alijs duobus seqq. ubi in fine, quomodo procedat illud Exodi cap. 10. Ego induravi cor Pharaonis, & seruatorum eius. & Exod. cap. 4. Ios. c. 11. & Psal. 10. conuertit cor eorum, ut odirent populū eius, in temporalibus videmus, si duo idem faciant maleficium morte dignum, vnum punit Rex, alteri gratiā facit, nemini aufert suū, mors illi erat debita, non negauit, alteri, quod de suo est donauit, &c.

15 † Sed de quibus est faciēda eleemosyna, dicunt Doct. q̄ de his, quæ iuste acquiruntur. Leuit. 2. omnis oblatio, quæ offertur Domino, absq. fermēto erit, scilicet iniustæ acquisitionis. Prou. 3. honora Dominū de tua substantia. Tob. 2. Fili de tua substantia fac eleemosynam, nam quæ fit de bonis ecclesiæ, quæ dicuntur patrimonium Christi, bona dicitur eleemosyna, quia in ipsis beneficiati solum habent dispensationē: quando vero de proprio patrimonio, dicitur in melius excedere, & optimum iudicatur cum quis præstat eleemosynam de acquisitis proprio sudore, & labore, ad Ephes. c. 4. qui furatur, iam nō furatur, magis autem manibus suis laboret, operando quod bonum est, ut habeat vnde tribuat necessitatē pauperi. † Quare si fiat de furto, & rapina, cogitare debes, quomodo placeat Deo: de quo dicit August. quale est illud munus, quod alter cum

gaudio accipit, & alter cum lacrymis admittit. Ecclesiast. cap. 34. immolantis ex iniquo maculata est oblatio, & non sunt placitæ Deo subfannationes impiorum. ibid. Dona impiorum non probat altissimus. cap. non est putanda. 1. q. 1. & 14. q̄ 5. per tot. Deuteron. cap. 17. non immolabis domino Deo bouem, & ouem, in quo est macula, aut quippiam vitij, quia abominatio est domino Deo tuo. Psal. 67. Ego dominus diligens iudicium, & odio habes rapinam, immo potius tenetur ad restitutionem. Abb. in cap. ex transmissa de decim. in cap. 2. de raptor. 31. quæst. 5. cap. nosce. dom. Card. Hofi. de cærem. à loco sumpt. fol. 627. Bar. in l. 1. 4. q. 6. prin. C. de sac. sanct. eccl. Card. in cle. 1. de reli. & vener. sanct. sic de pecunia peruenta ex re furata. gl. 14. quæst. 5. in sum. cap. cum tu. de vsu. & facit tex. in cap. cura pastoralis. de iur. patron. quod habens malam fidem, non habebit exitum bonum. Nauar. de hor. canon. num. 18. multa dicit cap. 22. de restitutione, faciēda dominis proprijs aut hæredibus, ipsis existētibus, aut nō existētibus, vel ignotis oīno, qui nequeunt sciri, & tunc Christo, vel pijs ipsius operibus. † Quorum ratione videtur concludendum, quod mulier nō potest tacere eleemosynam de acquisitis ex meretricio, quia videntur illicitæ, & turpiter acq̄ sita. Abb. eod. cap. ex transmissa. Bald. in l. 1. C. de condit. ob turp. caus. las. in l. 4. §. sed quod meretrici. ff. eod. tit. Sed tamen ex mente Abb. contrarium videtur, ea ratione, quia dominium transferatur irreuocabiliter, & fit suum patrimonium, nec ad restitutionem tenetur,



netur, vnde transit in aliam speciem, & potest eleemosynam de ipsis facere, sic firmiter cōmuniter Doct. & verum est. 16. q. 6. in c. ex lapsis. Cardin. Vgo. Deuteron. 23. ipse Abb. in cap. quia pleriq. nu 14. de immuni. eccl. & dicitur facere eleemosynam peruentā ex tali meretricio. facere de rebus turpibus; quia illa in oblatione bona, hæc aut pessima. eod. c. non est putanda 1. q. 1. de Cain. Genes. 4. vnde licet accipere de primo, non de secundo. arg. illius Tob. cap. 2. non licet nobis edere de furto aliquid, aut cōtigere. D. Florent. in sum. 2. par. tit. 1. cap. 23. §. 10. & in præcedentibus  
 18 de alijs. † Inter spirituales tamen pietates, eleemosyna magna iudicatur, diligere inimicos, eisq. benefacere, pro eis orare ex præcepto Dominico, Matth. cap. 5. diligite inimicos vestros, benefacite eis, qui oderunt vos. S. Thom. 2. 2. q. 25. ex multis: propter mercedis magnitudinem, quia terra magis abundans, libentius seminat, & maior charitas reputatur, & propter puritatem ipsius dilectionis, quia in amico possumus diligere etiā beneficium acceptum, sed inimicum propter solum Deum, considerando hanc inimici dilectionem tribus modis, primo, vt quia sunt inimici secundum vitium eorum, quo exercent inimicitiam, & non tenemur: secundo quantum ad naturam in vniuersali, vt dilectione proximi: & ab hac generalitate non excluditur inimicus, & sic est de necessitate charitatis. Tertio in specie, vt quis specialiter moueatur motu dilectionis ad inimicū, & nō est de necessitate charitatis absolute Floren. in 4. tit. 6. c. 4 §. 1. sed tenetur in communi, & ideo dicitur ee

cles. cap. 28. Vbi multa de hoc, relinque proximo tuo nocenti te: & tunc deprecanti tibi peccata soluentur. † Vnde eleemosynam vere dicitur facere diligens inimicos, eisq. consulēs, aut malum auertens Matth. cap. 18. hocque fatemur quotidie in oratione dominica: August. ad Laurent. in Enchir. cap. 73. 76. quando autem de necessitate salutis, distinguit multipliciter S. Thom. 2. 2. q. 25. art. 9. & quia causatur propter Deū, magna dicitur: Matth. c. 5. vt propterea dubitetur, quæ sit magis meritoria dilectio inimici, aut amici, pulchre ex S. Thom. Vigner. de virt. charit. §. 1. verfic. 6. circa medium, late Dom. Cardin. Aracæl de consil. euang. cap. 16. August. ad Laurent. cap. 73. minus enim est, magnum erga eum esse beneuolum, siue etiam beneficium, qui tibi mali nihil fecerit, illud multo grandius, & magnificentissimæ bonitatis est, vt tuum quoq. inimicum diligas, & ei, qui tibi malum vult, & si potest facit, tu bonum semper velis, faciasque cum possis, quia proximus est, cum sit consors naturæ nostræ, & huius dilectionis nobiscum particeps est, & particeps fieri potest per prædicta. Io. Driedo, de eccles. script. lib. 3. c. 1. in fine. † Sed modo, vt dixit gl. 23. q. 4. cap. si is, qui, quod inimicis nostris tenemur remittere rancorem, nec eos odio habere licet. in. q. 3. c. inter verba, remittendo amore passionis Christi. Vnde inquit etiā Tull. lib. 1. offic. nihil magno, & præclaro viro dignius placabilitate, atq. clementia, ideo de necessitate salutis, odium, rancorem, persequutionem, iniuriæ remittere tenemur, c. ff. de poenit. dut. 1. c. cū in lege 23. q. 4. sed



sed satisfactionem iniuriæ non tenetur quis remittere, aut dānum datum 90. dist. cap. si quis contristatus cum sua glo. semper enim inferens iniurias ad damna, & impensas tenetur. Couar. lib. 2. var. resolut. c. 10. et quo ad forum animæ quis fecerit remissionem, non intelligitur nisi de odio & rancore ibid. vers. 3. constat. & disputat Mart. Nauar. in Manual. lati. c. 14. nu. 25. vbi not. illud q̄ quotidie practicamus in pænitiētia, quod si pēnitēs remittit ex corde & dicit, quod fiat iustitia, ipso tñ non prosequente non astringitur ad aliud, quia dicitur bonus rancor, & esset petere iustitiā ex zelo iustitię, vt mali puniant: quis est hic, qui hoc corde petat, etiam q̄ dicat, Deus scit: discurret Tho. Elyf. in tract. de charitate. §. de remiss. of-  
 21 fens. & iniur. fol. 487. cum seq. Dum modo non sit iniuria facta ecclesiæ, quia cautius est agendum, & cum superiore consulendum, quam episcopus non potest per se solū remittere, cum sit communis iniuria. Abb. in c. cum contigit. nu. 11. de sent. excom. gl. & doct. in cap. 1. de pæn. lib. 6. dixi vnum verbum in fam. singul. in lit. e. nu. 27. meminit Iulius Clarus. lib. 5. recept. sent. in practi. crim. §. si. quæf. 58. vers. præterea quæro, quia de numero illorum, qui non possunt deper se remittere. Nauar. eo. num. 25. vers. immo. per gl. in c. parochianos. de sent. excom. & dicitur læsa Respublica, cum iniuria sit ecclesiæ, eo magis, si ad debitam satisfactionem non deuenitur, dicto cap. si is, qui, & ad superiorem spectat actio contra iniuriantem, per gl. in eod. c. & Nauar. in vers. quoniam actio: ampliat ad superi-  
 22 riores. † Notando dicta doctorum.

in materia, quod ista dilectio confidetur in duplici actu, & affectus, & effectus, quasi inter innocentiam, & beneficentiam, namque de affectu dilectionis innocentiae tenemur diligere inimicos, non optando eis malum, in quantum malum, sed quantum est eis expediens, & Reipublicæ. sed per affectum dilectionis beneficentiae principaliter, & secundario. primo optare inimicis gratiam, & gloriam, & cætera spiritualia bona, quomodo amicos, & inimicos diligere, debemus cap. debet. 23. quæst. 4. sed ex alio optare eis bona temporalia non tenemur, si non eis expediunt ad salutem. ex secundo vero actu quando est necessarium saluti animarum, orando pro eis, vt conuertantur, & Deus illuminet corda ipsorum ad viam rectam, de temporalibus non nisi vt supra, præter magnam perfectionē de qua quis est hic, & laudabimus eū, fecit. n. mirabilia in vita sua Eccl. c. 31. † Sit igitur principalis bona intentio, cum datur eleemosyna, quæ non perdit effectum suum respectu dantis, licet per malū ministrum dispensetur, cum in ipsa, primeua intentio dantis, non famuli nequā a Deo consideretur, iuxta illud euang. Matt. c. 20. neq̄ obstat huic dictū Gra. 49. dist. in princ. & iterum. 3. q. 7. c. in gradibus. quando is, qui displicet ad intercedendum mittitur, irati animus ad deteriora prouocatur. quia differt si intercedendum, vel aliquid porrigendum, si non placet, quia ex manu iniqui famuli, placebit, quia ex ordine iusti hominis, & idem de oratione. Mart. Naua. de hor. canon. cap. 19. n. 60. cum seq. 1. ideo ex hoc cessare nõ debet fideles eleemosynas facere de  
 suis



suis bonis temporalibus, quæ sunt  
 causa vt augmententur in optimo,  
 24 & bona eis accrescant. † Et eleemo-  
 syne huius perfectio cõmendatur, ex  
 fide, causa, loco, & tempore, tex. not.  
 in cap. non satis. §. item. 81. dist. & ex  
 fide, circa domesticos nostræ fidei,  
 qui præferendi sunt extraneis, ex cau-  
 sa, si per captiuitatē suam, vel suæ fa-  
 milia. de loco, vt in carceribus, vt li-  
 berēt supplicijs, & pēnis, quibus quis  
 iustus crucietur, tēpore, in afflictione  
 periculi, quia si dum opus est nō sub-  
 uenis, cum cessat periculum, ad quid  
 frustraris tua pecunia, sunt & alia cõ-  
 sideranda, quæ in ead. dist. tractantur  
 præscrutādo, quid in clerico, quid in  
 laico, quid in foro animæ, quid in fo-  
 ro contentioso. in extrau. execrabilis  
 in ver. debita, de præb. & per illud c.  
 pasce. ead. dist. pasce fame morientē,  
 si non paueris occidisti: quæ tibi re-  
 manent, ad quid postea, si iustus, quæ  
 saluare poteras, fame cõsumptus est,  
 (& si iniquus forsā eo bono poterat  
 saluari, vt quia conuersus ad fidē, vn-  
 de, & malū est, q̄ not. ad illam quæst.  
 an sit maius peccatum occidere ho-  
 minem malum, quā bonum gl. in c.  
 si habes. 24. quæst. 3. in verb. innocen-  
 tes. S. Tho. 2. 2. q. 64. ar. 6. vide. 23. q.  
 5. cap. si non licet. Archi. de consecr.  
 dist. 1. c. ecclesijs. distinguendo si re-  
 spectu animæ, de cuius amissione, est  
 maius præiudicium, quam mille cor-  
 porum ead. gl. & alia in cap. ille qui  
 hominem. 23. q. 5. disputant moderni  
 in tract. de iud. & infidel. par. 1. c. 12.)  
 25 † Quod & magis attēdendum, cum  
 bona temporalia sint caduca, & tran-  
 sitoria, modo vni, modo alteri, idēo  
 non confidendum, sed de eis bene-  
 dispensandum, vt exinde acquiran-

tur bona æterna, idest regnum cæ-  
 lorum. Matth. c. 6. vnde dicebat Sene-  
 ca ad propositum, nihil proprium di-  
 cas, quod mutari potest, & respectu  
 sui vilescunt, terra enim terram op-  
 tat, & ad terram producit hominem,  
 si vti nesciant terrenis, & in epist. 88.  
 bonum est, quod facit bonum, nam  
 temporalia non faciunt bonum, er-  
 go non bonum, potest esse bonum.  
 ex parte vtētis, q̄ ex eis faciat bonū,  
 idest eleemosynam, & alia pietatis  
 opera. & est vera opinio Ciceronis  
 facientis differentiā, inter bona cor-  
 poris, & animi, ex sententia Stoicorū  
 Aristot. in princ. moral. & quod dicitur,  
 bona facere beatos, declarat do-  
 ctissimus Vlpianus in l. bonorum. ff.  
 de verb. signif. quod beare manet p̄  
 prodesse improprie, quia beatitudo  
 cõsistit in alia vita, in illa cælesti Hie-  
 rusalē. Cassa. in sua glor. 3. p. confid.  
 46. in fi. An aut bona nostra dicantur  
 de iure, & non de conscientia, vel de  
 conscientia, & non de iure, & quæ  
 sint, pro nunc omitto. Bald. disputat,  
 in suis disputat. in ea inc. statuto caue-  
 26 tur. † Inde inter meliora bona mun-  
 di consideramus eleemosynam, quā  
 neq. ærugo, neque tinea demolitur.  
 Matth. eo. cap. & melior certa desti-  
 nata, quā reposita ad voluntatem ho-  
 minis, quæ mutatur, & quādo semel  
 est destinata vni loco, vel certis p̄so-  
 nis pauperibus, non potest et̄ per sta-  
 tutū reuocari, sed semper debet Bar.  
 in l. priuilegia. C. de sacr. sanct. eccle.  
 per c. ad Apostol. de simon. & com-  
 munis est opinio. per Fel. ibid. quam-  
 uis multi voluerint contrarium affir-  
 mare, decet enim voluntatem testa-  
 toris omnino seruare auct. de nupt.  
 §. disponat. vt non pereant piæ testā-  
 tium



tium voluntates, vt in alio simili dicitur *Conc. Tri. sess. 25. de reform. gen. c. 4. & c. 9.* nec ratio ipsorum mutat, quia cum in pijs consistant operibus, non ad laicos, sed ad ecclesiam pertinet mutatio, aut dispensatio & id ad summū Pontificem. † Sicuti in proprio casu de eleemosynis dicimus relictis dispensari, siue ex testamento siue inter viuos, non tamen ad certas personas, medietate ipsarum episcopus procurabit assignari monasteriis monialium pauperum ipsius loci, idq. exequatur etiā auctoritate Apostolica ex constitutione nouissima sanctissimi Domini nostri D. Greg. XIII Pont. Max. inci. Deo sacris 1572 an. 1. quam verbatim, & multa declarando, recitat Mart. Nauar. in cap. statutimus. nu. 54. 79. q. 3. & infra de monialibus dicemus. quando autem fit cōmutatio vltimarum voluntatū, quæ non nisi ex iusta, & necessaria causa fit, episcopis cōmittitur, vt extraiudicialiter cognoscant, si supplicata vera fuerint ex eod. *Conc. Tri. sess. 22. de reform. c. 6.* † Et ad propositū, de quo in præsentī tractamus, sunt tria principalia, quibus homo potest placare Deū pro suis peccatis, eleemosyna, oratio, ieiuniū. nō sufficit inquit August. in serm. de pœnit. mores in melius cōmutare, & a præteritis malis recedere, nisi et de his, quæ facta sunt satisfiat domino per pœnitentiæ dolorē, per humilitatis gemitum, per contriti cordis sacrificium, & cooperantibus eleemosynis, & ieiuniis. c. non sufficit de pœn. dist. 1. & in c. medicina ead. dist. & facientem Deus respicit, siue Christianum siue Gentilem, testis est ille Gentilis Cornelius in principio ecclesiæ, qui vacans orationi-

bus, & eleemosynis, Angelū habuit missum a Deo, vt ad Petrum pergeret pro salute suæ animæ, de quo dixit Petrus, in veritate comperio, quia non est personarum acceptor Deus Act. Apost. c. 10. c. deinde. §. aspicias, 26. dist. q. & sapiens dixit non subtrahet personā cuiusq. Deus, qui est omnium Dominator, & æqualiter cura est illi de omnibus, & iterū omne, q. est in mundo. prim. lo. c. 2. aut concupiscentia carnis, aut oculorū, aut vitæ est: concupiscentiā carnis ieiunio tollimus, oculorū vero (quæ est auaritia) per medium eleemosynæ, superbiam medemus, humili oratione. Tertio omnis peccator frequentius in Deum, in seipsum, in proximum peccat. oratione placamus Deū, eleemosyna satisfacimus proximo, & ieiunio, q. in nobis deliquimus expiamus. Quarto in hac vita tres hostes habemus, mundū, carnē, & dæmonē, mundum eleemosynis, carnem ieiunio, dæmonē oratione superamus, vide ad prædicta Flor. in sum. 3. p. tit. 14. c. 20. circa fi. ante vnicum §. tab. in hoc verbo num. 17. cum alijs. † Hæc exercere christiani officij est, ad hæc hortari oēs fideles gloria episcoporum, quin his peragendis multum proficerent continuantes, præcipue cum cōmemorant euang. Mar. c. 25. q. in die iudicij Dominus noster Iesus Christus exacturus a nobis strictissimam rationem, ponet causas nostræ ingratitudinis, furui, & nō dedistis mihi mā. iucare, sitiui, & nō dedistis mihi potum, hospes eram, & non collegistis me nudus, & nō operuistis me, infirmus, & nō visitastis me, in carcere positus, & non venistis ad me, q. his eguerit, audi finē Euang. quam-



quamdiu nō fecistis vni ex minimis, nec mihi fecistis, & cum peccatū causet mortē, supra c. 6. post num. 6. eleemosyna liberata peccato. sicut aqua extinguit ignē eod. sing. 11. & si vnus infirmatur, aut cruciatur, mouere debet nos ad compassionem, quia miseria naturæ, quæ, & nō possumus nos esse liberi, quia nihil sub sole firmū, & prædictæ conditiones euangelicæ, cū alia de sepelliendis mortuis, pertinent ad speciē eleemosynæ corporalis, Sūt & opera alia septē spiritualia ipsius eleemosynæ, quæ versant in his: docere ignorantē, cōsulare dubitanti, cōsolari tristē, corrigere peccantē, & offensas remittere, compati onerosi, atq. pro omnibus exorare adq. tenetur, & Christifideles, & episcopi eorum officio omnia declarare. Florent in 4. tit. 5. c. 18. §. 4. cū seq. & §. 6. quod eleemosyna spiritualis præstat corporali in tribus, quia nobilius donū spirituale, quā corporale. 2. spiritus, cui subuenitur nobilior corpore. 3. & ipsi actus spirituales sūt perfectiores actibus corporalib⁹, hæc accomodant malis, & defectibus corporis, & spiritus. declarat Nauar. in Manu. lati. reformato. c. 24. num. 4.

30 cum sequen. † Et tam laudabile est eleemosynæ officium, quod ad eam tria nos incitat: scriptura sacra, Zac. cap. 7. misericordias, & miserationes facite vnusquisq. cum proximo suo: diligit dominus misericordiam, & iudicium psal. 52. & in alio 40. beatus vir, qui intelligit super egenum, & pauperem, in die mala liberabit eum dominus: Natura ipsa nos docet, vt cum in nobis passo vno membro, omnia alia subueniant, & velimus ab omnibus adiuuari, omnes, qui su-

mus fratres, & membra in capite Christo, vt supra in proæ. est dictū, debemus alter alterius onera portare ad Gal. 6. cap. de creatura irrationali, de animalibus affert exempla idem Flor. eod. c. 10. de elephantibus subuenientibus alteri in terram lapsos, coruus Helyæ panem deferebat, & Paulo primo heremitæ dimidium, sed Antonio adueniente integrum detulit panem, de quo alio loco diximus. † Ex prædictis maximi resultant in nobis fructus, vt scribit Alphons. Alu. in suo specul. cap. 50. dom. Card. Hosii. in exposit. oration. dom. fol. 419. Vigue. de virt. chari. §. 2. vers. 5. melius Florē. §. 11. quod temporaliter, spiritualiter, & supernaturaliter remuneramur a Deo. in primo augentur dona, non vidi iustum derelictum, nec semen eius quærens panem. psal. 36. de Loth liberato ab igne Sodomæ. Genes. 19. Abraham pater credentium Deum hospitio habuit, dum inquit, Domine si inueni gratiam in oculis tuis, ne transeas seruum tuum, sed afferam pusillum aquæ & lauentur pedes vestri, & requiescite sub arbore, ponamque bucellam panis, & confortetur cor vestrum, postea transibitis. idcirco enim dechnastis ad seruū vestrū, & habuit inde in senectute filium Isaac. Genes. cap. 18. 21. de 2. eleemosyna a morte liberat, & non patietur animam ire in tenebras. ex quo dixit Anchar. conf. 202. circa 1. num. 5. quod eleemosyna liberat animā testatoris, est namque anima præstiosior corpore, & cunctis rebus. capit. cum infirmas. de pæniten. & remissio. de tertio habebit homo pro eleemosyna bonum supernaturale

N vitam



vitam eternam. Mat. c. 19. centuplum pro vno accipietis. Venite benedicti patris mei, possidete regnum paratū vobis a constitutione mundi. Matth. 32 c. 25. † Considerando deniq rationem ipsorum meritorum in prædictis, in agendis recipiendo mercedē secundum laborem, & ut præstitimus bonum accipiemus, habentes ipsos pauperes testes pro nobis, dū sumus in charitate, quando bona opera nostra perueniunt ad conspectum Dei, nam si in mortali non iuuant ad vitam æternā, licet disponant, de gestis per exquisitā rationē appēdēdo merita nostra, & bonis inuentis collocemur a parte dextra. vide per doct. in 4. dist. 15. de tertio si nō iuuant respectu propriæ personæ, erunt tñ merita sufficientia respectu, quo geruntur ut sacerdotes, quia ut ministri ecclesiæ, nō reddit vacuū opus, quia non ex operibus proprijs. idē Flor. in prima, tit. 7. c. 3. §. 3. et si in gratia existāt ieiunātes, aut alia opera bona facientes satisfaciunt pro alio detēto in penis purgatorij. Domi. Card. Aracæl. de sacra. peni. c. 44. post prin. fol. 313.

33 † Ad proprium aut merito respondetur, q̄ est triplex meritum, congrui in quo peccator dicit sibi mereri gratiam, cum ad illam se per bonū actū disponit, aliud digni, quo scilicet vir iustus orat pro alio, & meretur exaudiri. Tertium dicitur meritum condignis quo iustus ex tanta charitate meretur tantum præmium. Sanct. Bonauentu. in tertio, dist. 4. & nota quia, q̄ est principium merendi, non cadit sub merito, quia alias idem præcederet se ipsum, vide optime per Arch. 23. quæstio. 4. cap. Nabucdonosor, prima colum. vbi refert Vgo. de

sanct. Victor. quædam esse ex ratione, quædam secundum rationem, quædam supra rationem, ex ratione necessaria, secundum rationem probabilia, supra rationem mirabilia, adde cōtra rationem incredibilia. vide multa per dom. Flor. in sum. quarta parte, tit. 9. cap. per totum. † *Orten. po gli è di ritrouar modo di ouuire a gli abusi causati dalla furia, & importunità de i mēdicanti questori.* In quo est attente standū, ne ipsi sub spe elemosynarū recolligēdarū excedant in indulgentijs, prædicationibus, & alijs: nec quicque poterant primum, nisi litteras habuissent a sede apostolica, vel ab episcopis ordinarijs, cum aliter non admittebantur ex Generali Constitutione Inno. Tertii sum. Pon. in c. cum ex eo. de pæn. & remiss. et, quod fuerit exēpti, quia cum possent nocere, & prodesse suo gregi, cognoscere debent, sed ex lapsu tēporis remedia introducta nō seruabant, quia, ut scribit Pelagius Papa Florentino episcopo, ex defectu nostrorum temporum non solum merita, sed corpora ipsa hominū defecerunt. in c. fraternitatis. 34. dist. vt Leo Papa quartus, exinde dixerit, multa et dānabilia tolerari in ecclesia, pro tēpore, pro persona intuitu pietatis, vel necessitatis, siue vtilitatis, & pro euentu rei. c. requiritis pri. q. 7. Ideo sancti Patres in illa nō minus salutarī, quam necessaria Generali synodo Tridentina in totum mandarunt deleri hoc nomē quæstorum in omnibus christiani orbis locis, (sic. n. hæc ætas requirebat) sess. 21. de reform. c. 9. & licet multis concedatur pijs elemosynas quærere, sublato tamen nomine quæstorum, ex constitutione



tionē Pij IV. inc. ex debito 1565. an. 6. & itidem Pius V. concessit reuocando tamen indulgentias pro manibus adiutricibus inc. & si dominici an. 2. 1566. tamen recognoscendæ sunt eorum litteræ, ne si falsæ sint, gaudeant eorum malitia & patrocinetur eis fraus, cui obuiandum est, l. in fundo, ff. de rei vendic. vt abutendo priuentur priuilegio, dixi in fam. fing. in l. 1. nu. 88. 74. dist. c. vbi ista didicisti, cum simil. † Quapropter examinandi sunt de moribus, & vita ipsorum, vt sint modesti, discreti, reuerentes, deuoti, non scandalosi, non hospitentur in tabernis, aut alijs inhonestis locis, seu faciant inutiles expensas, immoderatas & sumptuosas, siue habitum deferant falsæ Religionis, eod. cap. cum ex eo. §. qui autem puniendo excedentes, quocumq. titulo, vel priuilegio fulciantur, clem. 2. de pœnit. & remiss. considerata scandalali qualitate, ex quo factum augeatur, si ex ipsa causa abusus irrepsert quos auferre labor est episcoporum. Vnde si ad locum ipsum vadant eleemosynæ, videatur, nec eleemosyna-

rii participant, vt infra 2. lib. de hospitalibus dicemus. † Expresse prohibendo, ne tempore Missarum, & concionum vadant vagantes per ecclesias, scandalum, & rumorem, impedimentumq. inferendo, graui pœna imposta capitulis, & parochis, etiam & regularibus: per constitutionem aliam eiusdem Pii V. incip. quam primum, de qua ad plenum meminit Nauar. in tract. de hor. cano. c. 22. n. 32. sed stare debent ante fores ecclesiæ, idq. vetitum etiam in Conc. Trifels. 22. in decreto de obser. & euit. in celebr. Miss. & Nauar. nu. 35. mendicitatem interdicens validis, & diuitibus, sicuti validis hospitalia clausa esse debent in Concil. Colo. de hospit. cap. 5. in quibus vtile admodum esset, si Principes in omnibus obseruari facerent legem Imperatoris Val. C. de mend. ualid. l. unica, lib. 1. cum multi sint, qui nolunt laborare, dicit ibi gl. sed mendicando sine labore uiuere, vide multa in synod. prouint. Mediol. 3. p. de pior. loc. admi. fol. 162. &c.

## DE CENSURA ECCLESIASTICA, ET QVAE

sub eius nomine comprehenduntur.

## CAP. TRIGESIMVM PRIMVM.

## S V M M A R I V M.

- 1 **L**egis proprium quid sit.
- 2 **P**œna, qua timetur imponenda 4
- 3 **C**ensura ecclesiastica quid sit, & qua

contineat.

**D**istrictio ecclesiastica quid sit. Quid disciplina ecclesiastica, nu. 5. Et seueritas ecclesiastica, nu. 6.

N 2 Pœna



- 7 *Pœna canonica quid comprehendat.* vim babeant.  
 8 *Pœna obedientie timenda est.* 12 *Pœna sub obtestatione diuini iudicij  
& maledictionis aeterna, qua fit.*  
 9 *Transgressor canonis, legis, consuetu-  
dinis, qualiter puniatur.* 13 *Pœna acrimonia nostra quid conti-  
neat. Pœna mucronis. nu. 14.*  
*Hæresis est dicere Romanam Eccle-  
siam non posse condere canones. nu. 15* 15 *Pœna diuina vltionis quid sit. Quid  
pœna banni Christianitatis, & a-  
lia. ibid.*  
 10 *Pœna animaduersionis, qua fit.*  
 11 *Indignationis nostra verba, quam*

**L**egum conditoris intentionis id proprium esse omnibus notum est. † Vt futuris per ipsas leges prouideatur in l. leges, & constitutiones. C. de lega. capit. secundo. de cōstitut. quia bona est lex, quæ mala prohibet. cap. 4. eodem titul. Vnde, & præmium, & pœnam in se continet. dixi supra. cap. 17. nu. 22. nec debet pœnas insertas euitari legibus, qui se contra iuris sententiã se qua prærogatiua verborum fraudulenter excusat. l. non dubium. C. de legib. nec quisq. potest in actionibus, & iudiciis ecclesiasticis suo sensu duci, sed canonum autoritate. c. 1. de constit. idq. etiam ex antiqua lege Deutoron. cap. 32. cum dominus per Moysen loquens dicit populo suo, en propono in conspectu vestro hodie benedictionem, & maledictionem, benedictionem si obedieritis mandatis Dei vestri, quæ hodie ego præcipio vobis, maledictionem si non obedieritis mādatis Dei vestri, sed recesseritis de via, quam nunc ostendo vobis: Potest etiam, & præteritis lex ca-  
 3 uere. cum nominatim de præteritis in ipsa lege fit mentio. tex. clarus vbi Fel. ponit more suo ampliaciones, & limitationes. in c. fi. de cōst. & in multis nouis constitutionibus legimus, licet non de proprietate. vide infra li.

2. c. 25. nu. 21. q. episcopus attendere debet. † Vt qualitate loci & personarum cognita medicinam morbo congruam apponat, ex illo euang. oleum, & vinum. Luc. c. 10. & eas pœnas sciat opponere, quæ magis timetur suo iudicio, ne ludibrio fiant, & maior sit labor suus, not. omnes in c. irrefragabili. §. cæterum. de off. ord. dicit. n. doctissimus Couar. lib. 2. var. resol. c. 9. nu. 8. delicta esse punienda secundum mensuram proportionis, ratione loci, & tēporis, & personæ, & quantitatis, in quibus plurimum veritatur episcopi arbitrium: ipse. n. dispensat in pœnis gl. in c. 2. de pœnis, & vbi pœna corporalis vtilior est ea quidem imponenda. Archid. in c. ea vindicta. 23. quæst. 4. nec ordinationes iuuat facere, nisi contrauenientes sciuerint se puniendos, quod, & frequentius per censuram ecclesiasticam ordinari solet, ideo præstat videre, quid hoc nomen sit, & quæ cōtineat, vt sūm dispositionem sacrorū canonum in ipsis visitationibus episcopus se gerat. † Et licet in c. quærenti de verbor. signific. dicatur censuram ecclesiasticam continere excommunicationem, suspensionem, & interdictum, de quibus postea suo loco dicetur, hic tamen declarabimus varios modos, quibus canones vtuntur  
 ad



ad terrorē malorum, vt alij possint alia consimilia verba addere, nā censura ecclesiastica est pœna spiritualis, quam ecclesia propter iuobediētiam infligit, locis, vniuersitatibus, & personis. lo. de Lig. in tract. de cens. eccles. & dicitur in c. fin. de pignior. per censuram ecclesiasticam compellatis, c. fin. de sepult. & alibi censura sacrorum canonum. c. 1. in fine, 5 qui cler. vel mon. c. de cetero, de testib. c. 3. de pœn. ibi appellatione cessante, ecclesiastica censura compellas, & in alijs infinitis capitulis, & sess. 22. Cōcil. Trid. de obseru. & euit. in celebr. Miss. in fin. sess. 24. de reform. gener. c. 4. circa finē, per cēsuras ecclesiasticas, sess. 25. de regul. c. 5. in fine. c. 16. in vltim. verb. & ead. sess. de reformat. gener. c. 8. & hoc necesse est imponere, vt spiritualis pœna corripiat, quē spiritualis nō corrigit disciplina. c. vergentis de hær. & quia plus solet timeri, cū specialiter pœna apponitur. quā quando generaliter. c. si aduersus eod. tit. argum. hac ratione in modis pœnarū varie loquitur lex, & potest episcopus in suis statutis, vt videbitur prosequi, & obseruare, quod facere tenetur, ideo de multis dicemus, omitto dicenda de pœnis pecuniarijs in c. sequenti. † Vnde pœna ecclesiasticæ districtio, sub quibus, verbis dicit Ber. in c. 1. de iur. iur. cōtineri idē, quod in alleg. c. quærenti, de verbor. signific. sed cum districtio proprie loquendo importet pœnam tēporalē Ab. eod. c. quærenti, & c. nuntius, de deci. sed pœnæ eiusdem c. quærenti sunt spirituales, ideo ex multorum opinione dicimus, venire alias pœnas citra censuras ecclesiasticas, re-

fert idem Abb. in e. pro illorum, nu. 2. de præben. dum text. in princ. dicit cōtradictores ecclesiastica districtione compescens, & communiter sequuntur omnes, & in Conc. Trid. simile verbum, sess. 5. de reforma. c. 2. §. si quis autē, districtæ subiacere vltioni, & sess. 22. de reforma. c. 1. in fine Deo vindicæ, c. 2. de vsur. ecclesiastica districtione compellas. † De disciplina ecclesiastica idem dicimus. Abb. in cap. 2. de pact. est enim disciplina vltix male viuendi, cap. ad fidem nullus. 24. quæstio. 5. quæ proprie consistit in coercendo. 45. dist. c. & qui. de fructu disciplinæ, licet in alio proposito, sed ad materiam facit. dicit Bern. ad Soph. Virgin. epistol. 112. disciplina reddit cōpositū habitum mentis, & corporis, ceruicē submittit, ponit supercilia, cōponit vultum, ligat oculos, cachinos cohibet, moderatur linguam, gulam frenat, iram sedat, format incessum, docet denique subesse, coesse, & præesse. idē super cant. ferm. 23. quæ sunt attendenda a superiore, nā vbi gubernaculū disciplinæ contemnitur, restat, vt religio naufragetur, clem. attendentes, in princ. de stat. mon. episcopo enim disciplinā necessariā regenti plebem suā dicit tex. in c. duo ista. 23. q. 4. & sess. 25. Conc. Trid. de reform. gener. c. 2. in fine, disciplina ecclesiastica emendetur, & statuatur & sessio. vltim. de Indulgen. ne nimia facilitate ecclesiastica disciplina eneruetur. sicut enim militaris disciplina tenacissimum vinculum iudicatur, in cuius sinu, (inquit Valer. Maxim. lib. 2. cap. secūdo, de discipl. mil.) ac tutela serenus, tranquillussq. beatæ pacis status acquiescit, vt Tor-



quatus Satius esse iudicauerit patrē  
forti filio, quā patriā militari discipli  
na carere, Sic, & ecclesiastica nisi fer  
uetur, in lassum omne protrahitur vt  
nec quid bonum fit, possit absq. ea iu  
dicari. Itē solet dici sub seueritate ec  
clesiastica, & venit pœna imposita se  
cundum delicti qualitātē, in materia  
in qua loquitur legislator glos. per il  
lū text. in c. cum clerici, de pact. vbi  
Abb. in vltim. verb. & proprie seueri  
tas est, cum rigor, & integritas iusti  
tiæ exercetur sicut dicitur in c. 5. de  
pæn. de rigore canonico, inde tex. in  
c. vt officium. §. verū de hæret. lib. 6.  
vtitur illis verbis, duræ, ac dignæ se  
ueritas vltionis, & alibi tex. seuerita  
te ecclesiastica coercere cap. prætere  
rea de offic. deleg. in c. quanto in fi.  
de priuil. & excess. priuil. seueritate  
debita castigemus, & lex ciuilis seue  
riori sentētia vti. l. 3. C. ex quib. caus.  
infam. irrog. & seuerā idest strictissi  
mā dicit lex decima. C. de dignit. lib.  
12. cū cautela tamen ne excedat, Pa  
ris de syndic. in verb. crudelitas, vt  
potius cognoscat animus medendi,  
quā seuiendi c. odio. 86. dist. vnde Au  
gust. contra Parm. episcopus diligen  
tissimæ seueritatis officiū adimpleat  
si cū dilectione corrigit, sic in cap. ita  
plane. 23. q. 4. cum diligenti inquisi  
tione procedendo, deposito primo,  
& seuro furore, exēplo Lutij Gellij:  
de quo scribit Valer. lib. 5. c. 9. q. si in  
causa filij, impetu iræ abstractus seui  
re festinasset, admisisset magis scelus  
quā vindicasset. non sic Torquatus,  
nec alius Manlius Torquatus volens  
in se resplendere conspicuā imaginē  
de seueritate prædicti imperiosi Tor  
quati, quia in eo atrio sedebat. Item  
plerumque fit ordinatio, vt contra-

ueniēs puniatur pœna canonica, quā  
distinctionē dicit tex. in c. 2. in fine, ne  
præl. vic. suas. & subdit ibi Abb. esse  
pœnam depositionis cū infamia, quę  
imponitur, ne malefactores audaciā  
accipiant, vt pœna sit inuenta pro  
coercenda violentia argu. tex. in cap.  
contingit. de sent. excommu. quos co  
hercere, non est contra legem agere,  
sed legi facere subsidium. cap. 2. de  
priuil. & excess. priuil. & sic pœna  
eorum alijs terrorem incutiat cap. 7.  
de maled. sic enim pœna vnus, est  
metus alterius gl. in dist. c. 1. & dicit  
tex. in cap. ad liberandam in fi. de lu  
dejs, quod sic reatus taliū castigetur  
quod in pœna ipsorum alijs interdica  
tur audacia similia præsumendi.  
Peccat enim prælatus omittens pu  
nire; quia exitio innocentes tradit,  
qui liberat multorum exitia cogitan  
tem. Ambros. lib. 1. offic. cap. est iniu  
sta. 23. quæst. 4. & cap. si is, qui ead.  
caus. & q. punit namq. ius canonicū  
frequentius delicta pœna spirituali.  
arg. c. licet de pœnis & graui infamia  
notatur Iudex, si violentiæ crimen a  
pud se probatum distulerit, seu omi  
serit, vel impunitati donauerit, aut  
molliorē, quā præstituimus pœnā p  
tulerit. l. seruos in fine. C. ad. l. Iul. de  
ui publ. vbi glos. in æqualitate deli  
ctorū, æqualitatē pœnarū esse adijciē  
dā, & distinctionē canonicā dicit alius  
tex. in cap. Salonitanæ. in fin. 63. dist.  
in cap. sacro approbante in fine, de  
sent. excom. & in alijs multis. Quā  
doque tamen Summus Pontifex  
mandat sub pœna obedientiæ. in  
capitulo dolentes, de celebrat. Miss.  
ibi in virtute obedientiæ, vbi gloss.  
disputat de pœna, nam alij volunt  
esse priuationem, ceteri pecca  
tura



tum infidelitatis. de quo vide tex. no-  
tab. in c. si qui sunt presbyteri. 81. dif.  
est. n. peccatum inobediencie grauif-  
simum. argum. cap. illud de maior. &  
obed. & in c. si quis. Apostatae pos-  
sunt dici, qui canonibus non obediunt  
& fit inobediencia ex duobus, & non  
faciendo iustum, & animo non facien-  
di, quod principaliter iubetur. Nau.  
in Man. cap. 23. num. 35. & infra la-  
tius dicam, S. Th. in quodl. 29. quan-  
do venit contra constitutione Pa-  
pae. Feli. in cap. 1. num. 19. in fine de  
constit. cui omnes obedire tenentur,  
maxime perfecti. supra in proh. glo.  
in c. ad nostrum in verb. ecclesiae de  
haeret. quia cum sit praelatus supre-  
mus Vicarius Christi, nos subditi, de  
necessitate obediendum est arg. cap.  
9 qui scit se. 2. q. 6. † Et ideo casu con-  
trario punitur transgressor canonis  
poena depositionis, vbi alia non est  
statuta. gl. sing. in c. generali. in verb.  
inhibemus de elec. libr. 6. quamuis  
praecedere debeat monitio. Ioan. de  
Lign. in cap. 1. de const. Gemin. eod.  
capit. generali. num. 12. & dicitur  
transgressor canonis, qui venit con-  
tra canonem poenam imponentem,  
& si contrauerit, ex eo forsitan,  
quod non credat Romanam eccle-  
siam habere potestatem canones co-  
dendi esset haereticus, per eandem gl.  
& Doct. si tamen credit, sed ex placi-  
to contrarium facit, est deponendus  
quod Imol. in clemen. 1. de aetat. &  
qual. mitigat, quod intelligatur, quan-  
do transgreditur in contemptum ca-  
nonis scienter, etiam si vna vice: se-  
cus si ignoranter, nisi pluribus vici-  
bus. Doct. in citato c. generali. Abb.  
in cap. nam concupiscentiam. de  
const. & in cap. 2. de maior. & obe-

dien. loquendo de transgressore legis,  
ampliando idem esse ad transgresso-  
rem consuetudinis, ex c. in his. 11. dif.  
ex quo dixit glo. not. in c. 2. in verb.  
consuetudinis. de consuet. quod sic  
debet puniri, & transgressor laudabi-  
lis consuetudinis, sicut transgressor  
legis per alleg. c. in his quod etiam ex-  
tendimus ad desertorem sui instituti.  
sess. 25. Conc. Trid. de regul. & mon.  
10 cap. 4. circa finem. † Addi etiam so-  
let poena animaduersionis, in qua iu-  
dicabit episcopus suo arbitrio, ex  
quo certa non est statuta poena gl. si.  
per illum tex. in cap. fin. de exceptio.  
lib. 6. ibi animaduersione debita, &  
alia gloss. in cap. pastoralis. §. fin. de  
offic. delega. super illis verbis ani-  
maduersione condigna, & Vlpianus  
iureconsultus. in l. 1. §. item solent. ff.  
de offic. praef. Urb. loquens de tutori-  
bus & curatoribus male versatis in  
eorum officijs, inquit, grauiori ani-  
maduersione indigent, & Innoc. III.  
in cap. in Lateranensi de praeb. trans-  
gressores digna curauimus animadu-  
uersione punire. in c. dilectus filius.  
de poen. & remiss. digna poterit ani-  
maduersione puniri extatq. pulchrū  
responsum Cicer. in Verr. actu. 2. pec-  
cata grauitur animaduertenda sunt,  
quae difficillime praecauentur, & in  
l. 3. in final. verb. C. de sum. Trin. seue-  
rissimis animaduersionibus plecten-  
tur, & vtitur tex. Conc. Trid. sess. 13.  
de reformat. cap. 1. §. fin. autem  
animaduersionis exemplo, & sess.  
6. de reformat. capit. 1. §. crescente  
vero, & sessio. 18. in Salu. candu-  
dat. germ. §. pari formiter. condi-  
gna animaduersione, & emenda-  
sufficienti, & in capit. ad aures no-  
stras in fin. de excessi. prael. vbi gloss.



aliqua extraordinaria pœna, & in c. 2. de concess. præb. animaduersione  
 11 diuini iudicij &c. † Sed maiorem habent difficultatem verba illa, quibus frequēti calculo vtitur Sūmus Pont. sub pœna indignationis nostræ, quare dicamus continere priuationem beneficiorum, Bal. in c. 1. §. porro, nu. 5. quæ fuer. prim. caus. benef. ammit. & Doct notant præsertim quæ dicuntur ad illa verba indignationem Apostolorum Petri, & Pauli se nouerit incursum, & vide gl. penul. in extrauag. execrabilis, de præb. & dignit. latius A ff in l. inconfutilem, de hæret. dum in fine, Imperator apponit illa verba, nostræ indignationis aculeos nō immerito conuertemus, n. 48. & est bonus tex. iuris ciuili, in l. fin. C. de petit. bon. sub lib. 10. ibi indignationem nostri hominis sustinebit: vide Rebuff. in tract. nominat. q. 19. n. 8. & in sess. 25 Conc. Trid. de refor. gen. c. 2. §. quod si quis, ibi sub pœna diuinæ indignationis: ex illo psal. 84. auertisti ab ira indignationis tuæ, quod lob. c. 4. dixit alio modo, & spiritu iræ eius esse consumptos, loquens de operantibus iniquitatem.  
 12 † Sed quid sub illis verbis, sub obtestatione diuini iudicij, & interminatione maledictionis æternæ vt c. 1. §. fin. de stat. regul. lib. 6. & frequenter in pluribus pontificijs constitutionibus legimus, in Conc. Trid. sess. 25. de regul. & mon. cap. 5. in princ. & cum sint grauius verba, præcatio est mortis æternæ, quæ de peccato mortali debetur. 24. q. 3. Deus quandoquod dixit dominus per Ezech. prophe. c. 18. anima, quæ peccauerit ipsa morietur, vnde intelligimus etiā pro pœna spirituali, per tex. expressū

in c. cum infirmitas, in fin. sub in terminatione anathematis de pœni. & remis. est enim anathema grauissima pœna spiritualis, sub anathemate dicit tex. in c. 1. de sagitta. & in c. si quis de hæret. ei anathema dicatur, atque eius nomen inter Dei sacerdotes nullo modo recitetur, & in c. fin. de cler. excom. anathemate est feriendus, & similibus verbis, Perpetuæ maledictionis vinculo teneantur, vtitur tex. eiusd. Conc. Trid. sess. 15. de refor. ge  
 13 neratio. c. 19. in fi. † Quandoquod vero fit lex cum illa dictione sub pœna. acrimoniæ nostræ, vt eo. c. 1. §. fi. & in c. 1. §. fi. de immun. eccl. lib. 6. vbi dicit gloss. acrimoniæ pœnam vel etiam excommunicationem, seu magis arbitrariam, & dicitur acrimonia austeritas in vultu, Gemin. alleg. c. fi. nu. 7. & notatur in l. placet, C. de sacr. sanc. eccl. canonizata in c. placet 16. quæst. 1. quod idem de indignatione, sunt enim similia ad eūdem effectum demonstrantia mæteri superiorem habere iratum supra n. 11. sed non ita frequēter videmus hoc verbum, forsitan quia grauioribus vtendum est, quia sic postulante grauitate morbi, ad aeriora, & grauiora remedia descendere opus est: sess. 13. Conc. Trid. de refor. c. 1. quia pastoris habet necessitas ne per plures serpent dira contagia, separare ab ouibus sanis morbida: c. corripiantur c. ressecandæ, 24. q. 3. † Dubitatur multū itidē, quid de illis verbis de pœna mucronis, vel ecclesiasticæ animaduersionis mucrone, c. 1. de hemic. lib. 6. vbi Gemin. nu. 7. & aliqui quod veniat excommunicatione, vel episcopi iudicium, iuxta illud felici Mucrone episcopi. c. visis literis. 19. quæst. 1. & dicitur esse mucrone



oro spiritualis, & temporalis, seu eradicationis, vt degradatio, vel medicinalis, vt excommunicatio soli episcopo competens, qui cognoscit merita, & demerita personarum arg. cap. perpendimus de sent. excōm. medicinalis est enim excommunicatio, non mortalis, si quis, contra quem est lata, non contemnat, sed ad ueniam refurgat, cap. 1. in prin. eod. tit. in 6. vel quandoq. sub ecclesiastica disciplina hoc nomen Mucronis compræhenditur, prout decreuit tex. in cap. inter, in fin. de purgat. cano. † Sunt, & alia solita apponi verba, scilicet diuina ultionis, loquitur tex. in c. Sane in fi. de cele. Mis. ibi si, & ipsi, & diuinā, & nostrā volūt effugere ultionē & est grauior ultio in c. 1. de custod. Euch. ubi glo. reponit iudicis arbitrium, graui ultione punit tex. in cap. cum sit de ætat & qualit. de hac graui, grauiori, & grauiissima ultione. Alber. in suo dition. in verb. graues & ponitur in Concil. Triden. sess. 12. de reform. c. 1. in fi. ibi diuinam ultionem, & Grego. supra Luc. cap. 3. ventura ira est animaduersio ultionis extremæ. & in c. vt priuilegia in fi. de priuil. graui subiaceant ultioni, & aliud solitum apponi, sub poena banni christianitatis, quod est sub poena excommunicationis. Maria. Soc. in c. si quis presbyter. post n. 6. de purg. Cano. & sess. 25. de reform. gen. cap. 16. §. qui vero. Conc. Tri. sunt illa verba excommunicationis, ac omnium bonorum suo

rum proscriptionis, & perpetuæ infamiae poenā incurrāt & simi. vt de poena depositionis, exilii, detrusionis in monasterium cap. tuæ. de pæn. triremium. de quibus poenis plura congerit Iul. Clar. in prac. cri. §. fi. per plures qq. quæ facillime cumulari possunt, & de multis aliis sub suis capitulis dicemus. vt de perpetuo carcere ad agenda poenitentiam, in pane doloris & aqua angustiae. in c. nouimus de ver. sig. item illud publica in crepatione admoneat. c. 2. de purg. can. & ibid. ad condignam poenitentiam: Item non solum ipso iure incidant in excommunicationem illam, verum etiam iram Dei uiuentis incurrant, capitulo quod olim in fine de Iudeis. Item spoliatur officijs, & dignitatibus. cap. 3. de mag. alibi periculum ordinis, & dignitatis. c. ea quæ in fine. de simon. honoris, & officij. cap. sicut Iudæi de Iudæ. iaceat prostratus dolore suæ ruinæ. cap. quamuis in fi. de deci. & simi. & ista pro nunc sunt notanda, cum in Visitationibus libenter fiat discussio canonum, vt sciatur si est poena determinata a superiore, vel arbitraria, ubi magna est episcopi potestatis ordinandi, puniendi moderandi, & exequendi, iuxta decretum sac. Conc. Trid. sess. 24. de reform. gen. cap. 10. corrigendi, & inquirendi de quibus verbis. Feli. in cap. dilectus filius. nu. 2. de rescript. &c.



## S V M M A R I V M .

- 1 **E**pisopus an possit imponere poenam pecuniariam.
- 2 Avaritia, & eius suspitio tollenda est ab ecclesiasticis.
- 3 Poenae pecuniariae exacta ab episcopo in quo debent conuerti, & an possit sibi applicare.
- 4 Iurisdictionis fructus, qui sint, & an episcopi.
- 5 Episcopus habens iurisdictiones vasallorum quomodo committet causas criminales.
- 6 Pecunia non debet recipi pro causa spirituali.
- 7 Canonum dispensatio cum est facienda, gratis tamen fieri debet.
- 8 Episcopus non debet accipere aliquid pro institutione canonicatus, seu beneficij. In quo expenditur canon Concil. Trid.
- 9 Pecunia in causa haeresis nullo modo extorqueri debet.

**C**VM de multis supra dictū sit, restat videre. † An episcopus in ordinationibus suis tam in visitationibus, quam in alijs actibus possit poenas pecuniarias imponere, cum iura admodum contraria videantur, namque dicitur per Innocen. III. in Concil. gener. cap. irrefragabili. §. final. de offic. ordi. quod praelati illud salutare statutum non debent ad quæstum pecuniae conuertere, & in capitulo vt clericorum. §. praelati, de vit. & honest. cler. iuncto c. licet de poenis, & cap. cum dilectus, videtur permitti, dum tex. dicit emendas solitas solui pro excessibus deberi, eod. tit. de offic. ordin. & in capitulo 3. §. in causis vero, sess. 25. Concil. Trident. de reformat. gen. & in multis Constitutionibus summorum Romanorū Pontificum, in quibus reseruatur impositio poenarum, etiam pecunia-

rium arbitrio episcopi, & cum relinquatur arbitrio episcopi, non dubium quin potest. sess. 5. eiusd. Concil. Tridentin. in materia librorum, in fin. ibi iuris, & arbitrij poenis per episcopos coherceantur, & in hac materia multa dicit Didac. Couar. lib. 2. var. resolut. c. 9. nu. 8. vers. postremo, & per Docto. in eod. c. irrefragabili. §. fin. & communiter dicimus episcopo pū ea vti debere cautela, vt cum viderit alias pænas paruipendi, & pecuniarias timeri, eas imponat. Felin. in d. cap. fin. & dixi alios referens in fam. singul. in littera e. nu. 25. non tamen animo tolerandi crimina, vt multi dicunt, si nō sunt delinquentes fiscus semper erit pauper, nec passim in omnibus statutis pænam pecuniariam imponere, vt ibi dicit Couar. quia esset dare suauitatem Auaritiae, & non formam corrigendi, & laici murmurant, quorum est contra-

facta



2 facta superiorum insurgere. † Auaritia, n. vt idolorum seruitus, & eius spatio tollenda est ab ecclesiasticis, ex decreto Conc. Trid. sess. 13. de reform. cap. 1. per c. auaritia, de præb. c. cum iam dudum cum gl. eod. tit. vt prælati discant non percussores esse, sed pastores, maxime a publice peccantibus, ex c. nemo, de simo. & cæcitate auaritia in multis imminere, dicitur tex. in cap. cum auaritia, de elect. lib. 6. sess. 22. Conc. Trid. in decr. de obseru. & 3 euit. in celebr. Miss. cum sit omnium malorum radix. ead. sess. de reform. c. 1. de qua dicit Valer. lib. 9. capit. 4. protrahatur etiam in medium auaritia latentium indagatrix lucrorum, manifesta præde audidissima vorago nec habendi fructu fælix, & cupiditate quaerendi miserissima, quia diuitiæ acquiruntur ab auaris cum labore, custodiuntur cum timore, deficiunt cum dolore. Auaro etenim nihil sceleratius, quia ex libero fuit factus seruus. se ipsum consumit, iusta illud dictum Venusini Poætæ.

*Quaritur, & inuentis miser abstinet.*

Et cui tam adest, quã habet, quam quæ non habet, auari regnũ Dei nõ possident. 1. ad Cor. c. 6. Eccl. 31. qui aurũ diligit non iustificabit, ad Ephes. c. 5. auaritia nec nomine in vobis, sicut 4 decet sanctos. Luc. cap. 6. ve vobis diuitibus, qui habetis hic consolationẽ vestram. D. Pauli. in hoc trac. 2. p. q. 2. nu. 38. de auaro inquit Basilius magnus, est panis famelici, quẽ tenes, est nudi vestis, quam seruas, egentis argentum, quod possides. S. Aug. lib. 3. de lib. arb. c. 17. Mart. Nau. in Man. c. 23. n. 69. vsq; ad 76. inclusiue, & sup. c. 4. nu. 2. reijciendo illos vulgi verus pecuniam sectantis.

*Nummus honoratur, sine nummis nullus amatur.*

*Nummus ubi loquitur, Tullius ipse tacet.*

*Quisquis habet nummos, secuta nauis get aura.*

*Fortunamq; suo temperet arbitrio.*

Quod si in laicis prohibetur, quid nobis prælati? in quibus si sal euanuerit, in quo salietur, ad nihilum valet, nisi vt mittatur foras, & conculetur ab hominibus. Matt. 5. c. † Vnde iuris esse videtur prælatũ eas pœnas in vsus pios debere conuertere, quod vult. tex. Conc. Trid. ipso c. 3. §. in causis, sess. 25. de reform. gen. Et ipsas emendas, seu multas, cum distinctione, quia generaliter optimum est eas erogare pauperibus, vel vsibus piis ecclesiarum, nisi episcopus sit adeo pauper, vt non habeat commode vnde viuat, quia sibi consignabit, late Henr. de Bott. post doct. in d. §. ceterum, in tract. de synod. episc. 3. p. ar. 1. num. 29. cum seq. vel cum alia secunda distinctione, si ex statuto sibi, si ex alijs forsã ecclesiasticis, aut alijs spiritualibus, non sibi, sed ecclesiæ, vel alteri pio loco, in vtilitatem ecclesiæ, vel fabricæ reparationẽ dicitur. Conc. in alio sim. sess. 23. de reform. cap. 1. §. si quis autem. † Sin autem de emolumentis iurisdictionis præstat idem scire, vt possit sibi vendicare, per cap. dilectus alleg. siue per sententiam, siue per contumaciam, seu contrauentionem statuti factã. Dicitur autem iurisdictioni productiua prouentũ, & fructus iurisdictionis dicuntur proventus, vt dixi in fam. sing. in l. 1. num. 97. adducens Capic. decif. 27. licet factõ hominis cum loquimur de iurisdictione criminali.



nali. Dom. Frecc. lib. 2. 3. author. nu. 52. etiam confiscatione. ad q. Bal. not. in l. 1. nu. 10. C. de fruct. & lit. expens. & concludit Abb. in eod. cap. licet, quamuis, vbi si episcopus habet de ordinario vnde viuere possit, tutius est, vt omnis tollatur suspitio ad pios vsus couertere: per citatum §. in causis iudicialibus. cap. 30. Conc. Tri. qui text. loquitur in exequutionibus faciendis, & obinde contumacia est ex parte litigantium reorum, & in ipsis prouentibus reducuntur, quæ retrahuntur ex actuarijs. † Sed est aduertēdum præ ipso episcopo, & alijs ecclesiasticis, habentibus iurisdictionem in vassallos, ciuilibus, & criminaliter, & in commissionibus causarū criminaliū, non dicatur specialiter causa, in quo consistat, ne irregularitas contrahatur, sed sufficit dicere generaliter, committimus tibi causas talium, non tamen committendo per clericum, sed per se ipsum, vel laicum, quod est mentem retinendum, text. clarus, in c. fin. ne cler. vel mon. lib. 6. Nicol. Plou. de irregular. reg. 38. num. 23. Domi. Paul. in hoc tract. de visitat. 1. par. q. 7. nu. 71. omnino Petr. de Anch. eod. tit. & lib. ne cler. vel mon. cap. episcopus, 2. notab. ponit Couarr. in clem. si furiosus 2. par. §. 5. num. 8. de homicid. † Pro re tamen spirituali caueatur ab omnibus pecuniā accipi, & pone exemplum in c. 1. de reform. sess. 21. Conc. Trid. late dom. Floren. in 2. tit. 1. cap. 5. per totum, in quo est intentio iudicativa, vt in d. §. 3. eiusd. c. vel pro spirituali annexa, nam etiā ipsa sunt instituta ab ecclesia in virtute potestatis diuinitus acceptæ, vt discurret Mart. Nau. in Man. cap. 23. nu. 99. in vers. 2. quod omnia, quid vero de

pecunia respectu procurationum ratione visitationis, quid, quantum, & & an liceat, quomodo, & qualiter ad cuius vtilitatem principaliter sit inductum, dicam infra lib. 4. tamquā de accidentalibus, ne ipsarum procurationum respectu, dicant aliqui visitationes inductas, & an pro ipsis accipiendo ab ecclesijs ciuitatis, vt quia commodum est episcopo manendi in dōmo sua, sine tamen labore, & longo itinere, ipsas visitare, & multi sentiunt, quod ve est contra extrauag. vas electionis §. 1. vbi capitulum soluit procurationē, & antiqui tenuerunt. do. Petr. lib. 1. c. 15. n. 2. sed infra suo loco examinabo. † Et prædicta sunt vera, & ampliantur ad aliud vt cum ex aliqua causa dispensatio est facienda canonum, ea quidem gratis non per pecuniam ab episcopo fiat, ex præcepto tex. Conc. Trid. sess. 25. de reform. gen. cap. 18. sicuti de dispensatione gradus matrimonij, sess. 24. de reform. matrim. cap. 5. §. in contrahendis, & in dispensationibus, & absolutionibus ab irregularitatibus in casibus permissis, ex alio decreto eius. Conc. ead. sess. de reform. gen. c. 6. quod in alijs extenditur per decisionem præfati Conc. cap. 18. in quo est aduertendum, & officiales, sunt monendi, vt infra alio loco dicemus pro eod. c. 18. adducendo dicta doctorum, & aliquas nouissimas declarationes. † Pro nunc non est omittendum, cū in visitatione recognoscantur tituli beneficiorū, ecclesiarum, canonicatum, & episcopus multas institutiones, & collationes faciat, siue de p̄bendis, canonicatibus, beneficijs, & curatis, & simplicibus, ne quid pecunię accipiat, aliquo modo, pacto, aut

confue-



conſuetudine, quando maxime non cōuertit ad vſus pios, aut fabricā ecclēſiæ omne. n. prohibitū eſt, ex quo cūq. titulo fit, vt electionis, p̄ſentationis, nominationis, inſtitutionis, cōfirmationis, collationis, prouiſionis, admiſſionis, & ſimil. per decretū eiuf. Conc. Tri ſeſ. 24. de reſor. gen. c. 14. niſi, vt ibid. cauēt, & declarauit Mar. Nau. in Man. c. 23. n. 101. verſ. 11. fol. 372. Et fortius eſt curandum, ne in cauſa hæreſis pecunia extorqueatur

cle. 1. §. verum lo 2. & cle. 2. de h̄er. Si mancas eo. tit. 8. n. 5. nec in procedēdo, cū quis de hæreſi condemnatur, poteſt ad p̄nā pecuniariā damnari, ſed in punitione reſpectu inobedientię, vt p̄ correctione, ſeu purgatione pōt imponi talis p̄nā, vel p̄ p̄nitētia, p̄ ſuſpitione data mutari, q̄a dicit eſſe in arbitrio. hęc not. per Cald. in trac. de h̄ere. c. 19. cū duob. ſeq. & ad hoc dictum vide Eym in ſuo Direc. 3. par. q. 103. Zanch. de h̄eret. cap. 19.

DE STATVTIS EPISCOPALIBVS  
an ligent ſine ſcripturæ.

C A P. TRIGESIMVM TERTIVM.

S V M M A R I V M.

- |   |   |    |   |
|---|---|----|---|
| 1 | <b>E</b> piſcopi in ſuis diçeſibus habent iuriſdictionem cum mero, & mixto imperio.                     | 7  | Leges a quo tempore incipiant ligare, vt omnes obſeruent. |
| 2 | Statuta facere eſt de lege iuriſdictionis.  | 8  | Scriptura an ſit de ſubſtantia legis, vel ſtatuti.        |
| 3 | Statutū epiſcopi quod ius dicatur. Cauſe in prima inſtantia ſunt tractada coram ipſo epiſcopo. nu. eod. | 9  | Cauſe requirentes ſcripturam multi notantur. nu. eo.      |
| 4 | Statutum epiſcopi an ſit perpetuum & liget ſucceſſorem.   | 10 | Breue an valeat ſine ſcriptura.                           |
| 5 | Leges facta a pr̄ regibus nomine Regio durant etiam finito officio.                                     | 11 | Bulla an ſit de eſſentia priuilegij.                      |
| 6 | Regule cancellariæ quāto tēpore du-   | 12 | Scriptura quare fuit inuenta.                             |

**Q**uia propriū ipſius viſitationis eſt bona cōfirmare, mala aut reuocare, q̄ vt in oībus acclis obſeruetur ſtatuta, reformationes, conſtitutiones ſūt, quibus & boni cōſeruent, & mali debitis p̄nis reducant, ideo p̄ fine hui⁹ libri de duobus ē vidēdū, de poteſtate ſtatuedi, & ſi ſcriptura

de neceſſitate requirāt, vt aliās ordinata nō teneāt, hęc cōtinuo apud oēs verſāt, q̄a neceſſaria fuit lex. ſup. c. 17. n. 22. cum ſeq. † Habēt. n. epi in diçeſi iuriſdictionē cū mero, & mixto imperio. vt per oēs ſcribit. in l. imperium. ff. de iuriſ. omn. iud. vnde dicit in c. 1. de offic. ordin. ex ſynod. Ioan. Pap. habeant epiſcopi ſingularum vrbium



bium in suis diocesis liberam potestatem, adulteria, & scelera inquire re, vlcisci, & iudicare, secundū quod canones censent. absq. impedimento c. 1. de pæn. lib. 6. vbi optime notatur, & contra impediētes iurisdictionem ipsorum, & est practicabilis ille tex. & probat Henr. de Bott. de synod. episc. 3. p. nu. 104. cum seq. D. Ant. in c. cum contingat, de for. com. pet. & hodie amplissime ex dispositione sacri Conc. Tri. iurisdictionem exercent, prout in multis notatur, vide sess. 24. de refor. gen. c. 10. † Ipsiq. est obediendum, namq. statuta facere iurisdictionis est, c. canonum statuta per doct. de const. l. omnes populi, ff. de iust. & iure. est. n. in episcopo duplex clavis, ordinis, & iurisdictionis, quæ regalis quodammodo potestas demonstratur, nam cū episcopi cōstituti sint pastores, & præfidentes, necessario sequitur posse leges facere, & statuta, quibus ordo ecclesiasticus conseruetur, & diuinus cultus in melius dirigatur, vt optimis rōnibus scribit Ant. Pag. de iuris. episc. sec. 6. idq. expressius patet in alleg. Conc. Tri. potissime sess. 13. de refor. c. 1. ibi intendens nōnulla statuere, quæ ad iurisdictionē episcoporū pertinent, & alios, quo facilius, & commodius sibi subiectos regere, & in vitæ, ac morū honestate continere potuerint, & infra, ne vbi delinquerint debite eos pēnis coercere cogantur, & in §. fin. aut. hocq. hodie nulli dubiū ē, vt p. Alph.

3 Alu. vbi sup. † Dicuntur aut. hæc episcoporum statuta, constitutiones. gl. in c. fi. 23. q. 1. & ius prætorū, licet aliqui dicant ius ciuile. Henr. de Bot. de synod. episc. 3. p. ar. 2. cōcl. 2. Gom. episc. Sarnen. ample de const. lib. 6. §. statu-

to, n. 63. Doc. in c. 1. eo. tit. inde obseruādū est statutū epī, et, q̄ sit difficile, per gl. in c. fi. & q̄n est iustū, contrauenientes peccāt peccato inobediētiae, quod est mortale, 8. q. 1. sciendū, q̄ et leges humanæ operātur, dummodo sint iustæ, optime discurret Nauar. in Man. c. 23. n. 48. 49. cum multis seq. lex. n. debet esse honesta, iusta, & possibilis, c. erit aut. lex. 4. dist. nec confūdi iurisdictione epī debet, sed oēs causæ ad forū ecclesiasticū quodāmodo pertinētes in prima instātia corā suo episcopo tractādæ sunt, nec alibi cognosci, sess. 24. Cōc. Tri. de refor. gen. c. 20. & cū statuta facit, seu ordinatio nes in visitatione, per quācūq. appellationē nō retardatur exequutio, in materia tñ visitationis, & correctionis morū, iux. decr. eius. Conc. sess. 22. de refor. c. 1. & sess. 24. c. 10. Ampliano ad legatos de latere, Nūrios Apostolicos, Gubernatores ecclesiasticos vt iurisdictionē episcoporum nullo modo impediāt, nec clericos ipsis irrequisitis recognoscere, sub pēnis cōtētis in eo. c. & c. 20. §. legati quoq. q̄a cū sit de ordinatio iure, ad episcopū recurrēdū est, c. irrefragabili, & c. 1. de off. ord. alias cōfunderetur ordo ecclesiasticus, si sua vnicuiq. iurisdictione nō cōseruetur, c. peruenit. 11. q. 1. Papa tñ tāquā supremus dñs, a quo oīs iurisdictione dependet, potest restringere, & reducere, vt vult. tex. not. in l. iudicium, ff. de iudic. † Et non recipitur eorū dictū. Quod quæ episcopus statuebat, erant momentanea: sunt et perpetua, itē post mortē. not. Archid. in c. dudū, 18. q. 2. & 14. q. 1. c. quisquis, & moderni in c. licet de offic. deleg. & hæc sunt vera, de episcopo vero, ac etiam de putatiuo: nec morte stuentis



tuētis spirare, aut successoris requiri specialē confirmationē. Gomef. in c. 1. nu. 62. de const. lib. 6. ex mente Feder. de Senis, conf. 16. q̄ statutū episcopi ligat successorē, et si successor habeat ius reuocandi illud: eoq. non reuocāte cōfirmatū dicitur. lex. n. sēper loq. uitur l. hodie. ff. de p̄n. quāuis ipse Gome. in adducto. §. statuto, oblitus, q̄ dixerat, variauerit. vide Abb. in c. ex rescripto, de loc. in c. ne mine. de off. deleg. hocq. iure utimur.

5 † Idq. patet ad sensum de legibus factis a p̄regib⁹ regni, noīe Regio, qui p̄fecti p̄torio dñr. l. si. ff. de offic. p̄f. p̄t. or. doc. in l. imperiū. de iur. iud. in l. imperialē de prohib. feu. alie. p̄ Fed. in c. 2. de offic. leg. li. 6. Alex. cōf. 125. vilo titul. n. 2. vol. 2. ī l. oēs populi, de iust. & iur. & in c. quæ in ecclesiarū, de cōst. & quid si statuāt cōtra legē. Ias. ī l. apertissimi. C. de iudi. & hæc apud oēs sunt verissima, & ī dies in tribunalib⁹ versāt & practicāt. † Sed dubiū orit̄ de regulis cācellariæ, an sint perpetuæ, & q̄ soluit̄ ex verbis solitis apponi, suo tpe duraturas. do. Pau. in proq. extraua. gl. in proq. reg. cāc. vnde dixit ipse Gom. in eo. proq. q̄ libet aliud statutū, nō solū lex cōis habet maiorē fortitudinē, p̄ rōnes ibidē adductas, nec constitutiones ḡnales appellat. Anc. cōf. 292. efficacibus, quē refert Fel. in c. pastoralis. nu. 11. de fid. instr. quo se remittit ī c. canonū statuta n. 8. de cōstit. & in d. c. pastoralis. Gomef. in ear. proq. 2. q. Mādof. in reg. de vnion. q. 9. n. 2. in 2. vol. & cū Regula descripta est ī registris curiæ sit generalis. Rebuf. in sua pract. benef. ī reg. de verif. notit. gl. 1. in princ. & ita obseruatur. vbiq. † Nec est omittēdū cū ad plura ptineat, optime esse p-

uisū, vt certus dare termin⁹, quo ipsæ leges ligarēt oēs, & sic nemo excusarēt, & id quidē est spatiū duorū mensū, ex dispositione iuris cōis, in auct. vt fact. nou. cōst. gl. in proq. decret. & est tex. in c. nouerit. de sēten. excom. inde dixit Sum. Pōt. in bulla Conc. Trid. de temp. obli. iure cōmuni sancitū est, vt cōstitutiones nouæ, nō nisi post certū tempus vim obtineāt, idq. satis rationi innixū, q̄ multi adeo stringūt sua statuta cōtra rationē, vt velint ipso die ligare, addentes p̄nā excōicationis, quæ dū ipso facto imponit, executionē secū trahit. & ad not. vide doct. in l. oēs populi. 8. q. ff. de iust. & iur. nisi cōstitutio uterēt verbis ex nūc, quia statim ligat. licet nō respectu p̄næ. dicit Fel. in d. c. canonū statuta in 5. limit. huius reg. de cōstit. ne ad p̄nā ligetur ignorantes, & q̄n publicatur per prouinciā, vel in loco publico, & solito, vbi ab omnib⁹ legi, & audiri possunt, vel p̄ plura loca ciuitatis publicat, nullus excusat. in d. l. oēs populi. an aut admittat quis, si dicat se ignorasse cōstitutionē, & quid si ultra ipsū terminū duorū mensū Fel. ibid. n. 11. vsq; ad si. c. vel si Imperator, aut si legislator aliud expresse cauerit in ipsa lege. in extrauag. qui sint in reb. in fi. vbi Bar. in vsib. feud. & hæc ad i. q. † Circa vero secundā, varia sunt dicta doct. si scriptura sit de essentia legis, cōstitutionis, statuti, p̄cepti, mādati, vt aliter q̄ ep̄s ordinat, nō teneat, nisi sit in scriptis redactū Ab. in d. rub. cōcludit nō esse de substantia, sed potest p̄bari p̄ testes, vt magis ad p̄bationē. sed in c. 1. ex mente gl. n. 19. de post. p̄lat. vult q̄ sit de substantia, sed nō gratiæ, licet bene p̄bationis, ī c. qualiter. col. i. de elec. de cif.



cif. Rot. 87. nu. 3. in ant. Ioan. de Sel.  
 de benef. 3. par. q. 22. Port. conf. 25.  
 num. 8. vol. 1. & dicit Pet. de bell.  
 præ. relatus in dec. 1. de const. in no  
 uis, pō esse peccatū dicere scripturā  
 esse de substantia legis, sed ibi Ant.  
 ma. pap. vult cōtrariū, & hoc est ve-  
 rius. Neapod. in proæ. cōf. Neap. Sūt 11  
 tñ multi casus requirentes scriptu-  
 ram, quos enumerat gl. ad quā sem-  
 per fit remissio. in c. 1. §. postquam  
 de cēfib. lib. 6. Gui. Pap. dec. 582. Cas-  
 sa. in cōf. Burg. rub. 1. §. 6. addit alios  
 duos, & in vicario ep̄i requiritur. Re-  
 buf. in prac. ben. de vic. ep̄i. n. 8. licet  
 ep̄s corā capitulo designet, tñ p̄ oc-  
 currentibus oportet in scriptis for-  
 mā, & ordinē potestatis redigi, sic de  
 priuil. Apostol. & sententia. doc. i c.  
 cū olim. lo 1. vbi Mar. Soc. nu. 29. de  
 de priuil. in sn̄a excoicationis. not.  
 tex. in c. sacro approbāte. de sēt. exc.  
 cū c. 1. eo. tit. lib. 6. ibi in scriptis p̄fe-  
 rat. Mar. Soc. multas. qq. ingerit ad p̄-  
 positū in d. c. sacro approbāte. not. et  
 alios casus Carol. Carc. li. 1. reg. Frāc.  
 9. iure. † An aut in signatura S. D. N. 12  
 Papæ. Rebuf. de sig. grat. in prin. et iu-  
 stitiæ. cū vna vtat verbo fiat. Vg. alte-  
 ra vero placet. Gō. i proq. vtr. sig. sed  
 dicit Ripa, rñf. 201. p̄cedere sine scri-  
 ptura i signa. gratiæ. quia sufficit gra-  
 tiam ore Pontificis esse prolata, per  
 ea, quæ ibi adducit, & resp. 10. q̄ ē  
 quo ad ipsum Pōtifi nō quo ad alios  
 vnde Iulius iij. sum. Pont. dixit grām  
 Apostolicā ante cōfessionē litterarū  
 esse informē, in sua reg. can. 1553.  
 10 an. 4. † Sed quid de breui Apost. q̄ re-  
 quirat. Rebuf. de bre. apost. n. 17. bre-  
 ue aut æquiparamus rescripto. Fel.  
 in rub. de resc. Gom. de bre. in prin.  
 Vest. li. 1. c. 7. vbi de officialib⁹, & p̄-  
 posito, & sunt in curia officiales di-

Et breuiatores, q̄ dictāt rescripta e-  
 ius curiæ cera signata: & not. in auct.  
 de cōsul. circa finē. dictū breue, qua-  
 si breuib⁹ verbis adnotatū. doc. in  
 rub. de rescript. & Breue dicit in ma-  
 teria breuis cōmentariolus summā  
 rerū cōtinēs. l. excellentia. C. de ero.  
 mil. an. li. r2. † Quod similiter de bul-  
 la solet dubitari, an fit de essentia pri-  
 uil. Apof. gl. i proæ. clem. in fi. v̄r pro-  
 bare q̄ sic. de quo Arch. Io. And. in  
 proæ. lib. 6. doc. in reg. alleg. de non  
 iud. iux. form. suppl. vbi Gomef. q. 1.  
 & est vtile. sæpe .n. habetur gratia.  
 a sum. Pōt. sub supplōne signata bul-  
 lis non expeditis, si expiret p̄ mortē  
 cōcedētis, & licet obtinēs possit dici  
 tutus in cōscia, tñ curia obseruat gra-  
 tiā Pont. sine litteris nō posse proba-  
 ri, dicit mod. in proæ. 6. & in ead. q.  
 q̄ partes p̄nt cōuenire q̄ pensio sol-  
 uat per solam suppli. signatā, Rebuf.  
 de pacif. poss. nu. 156. fol. 195. Cassa.  
 dec. 4. num. 3. & hæc sunt notanda,  
 licet extra materiam videantur, non  
 tamen sunt inutilia, cū in visitationi-  
 bus plerūq. occurrant. † Ad propo-  
 sitū mō, cū scriptura sit inuenta ad  
 æternā memoriā. l. iubemus C. de  
 test. quam memoria hoīum excidit  
 l. peregre ff. de acq. poss. & esse mus  
 priuati multis bonis, si scriptura no-  
 bis defuisset, licet statuta ep̄scopi nō  
 egeant, tñ laudabile est, & ad to llen-  
 das difficultates necessariū i scriptis  
 redigi, q̄a concernunt bonū publi-  
 cū, & p̄petuitatē, cū p̄ænis annexis,  
 dñt in ipso visitationis libro extēdi,  
 ad hoc vt tpe debito possit superior  
 cōsulere, & corrigere & p̄ publicū  
 notariū adnotari faciat, & hæc suffi-  
 ciant pro primo libro, nunc ad alia  
 trāseamus cū Dei auxilio, qui sit sem-  
 per benedictus in oī seculo. Amen.